VITT. EMANUELE

... [illegible] ...
...ormis que est nobilis Jacob[illegible]
...tore [illegible] Roberto [illegible]
... [illegible] Johanne [illegible] ...
... [illegible] presentibus

...a [illegible] massilie [illegible]
... [illegible] ...
... [illegible] ...
... [illegible] ...

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
41
1 A
26

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

34-2.B-21.

Hoc summarium Constitutionum
uidetur primum editum 1561
sub Patre Lainio

Hę uero Regulę uidentur corre=
ctę sub P. Borgia: discre=
pant enim in aliquibus ab
editis 1561
vide decr. 54. Congr. II.

12.3.41.

REGVLAE

COMMVNES.

Romæ, In Collegio Societatis IESV.

Anno M.D.LXVII.

Quæ ad priuatum cuiusque bonum ſpectant.

1 Præfinitũ ſibi tempus quotidiano examini, orationi, meditationi, lectioniq́ue omnes impendent cũ omni diligentia in domino.

2 Omnes quotidie Sacro decenter interſint, & concionem, lectionemúe ſacram, quæ in templo noſtro habebitur, audiant.

3 Singuli ſtatuto die, & asſignato ſibi confeſſario confiteantur, et non alteri ſine ſuperioris facultate.

4 Cum quis offenſam ſuam ualetudinem ſentit, præſertim febri, eum admoneat, qui ægrotantium curam gerit, aut ex ſuperioribus aliquem: nemo uerò medicinam aliquam accipiat, aut medicum eligat, vel conſulat, niſi approbante ſuperiore.

5 Vt conſulatur valetudini, nemo extra conſueta tempora abſque facultate bibet.

6 Aperta feneſtra nemo noctu dormiat, nec ſine linea interula, aut non coopertus.

7 Qui domo ſunt exituri, cum facultatem à ſuperiore petūt, ſimul etiā aperiant, quò, et ad quā rem ſunt ituri; præſertim ſi prælatos, aut alios viros primarios conuenire uelint: eademq. die referent eidem, quid egerint, ſicut velle ipſum intelligent, prout res poſtulauerit.

8 Ingreſſuri, egreſſuriùe domum, tintinnabulum nec vehementius, nec feſtinantius pulſent, quàm par eſt. Nemo autem egrediatur, uel ingrediatur, niſi per conſuetam domus ianuam, admonito ianitore, quò ſit profecturus.

9 Nullus ad ſui mortificationem publicè quidquam faciat, nec concionetur, niſi ſuperiore approbante.

01 Omnes ante noctem, qui foris ſunt, ſe domum recipiant, nec mane ante ortam lucem egrediantur, niſi ſuperiori aliter videretur.

Dum quis iter faciens, ad domum, vel Collegium
11 Societatis diuertit, eius obedientiæ ſubiaceat, qui
illic præeſt, in ijs rebus, quæ ad domus, vel collegij
diſciplinam pertinent.

12 Cum externis domi nemo loquatur, aut alios ad id uocet ſine facultate generali aut particulari ſuperioris.

13 *Nemo cuiuſquã externi ad domeſticum, aut domeſtici ad externum mandata deferat, aut literas, inſcio ſuperiore: Seculares autem rumores, qui foris audiuntur, domi ne temere, & ſine fructu narrentur.*

14 *Seruent omnes ſilentium cum perſonis, & in locis, ac temporibus conſtitutis; niſi perpaucis, aut neceſſario loquendum eſſet; et omnes demiſſa uoce, vt religioſos decet, loquantur.*

15 *Nemo cum ijs, qui in prima uerſantur probatione, inſcio ſuperiore loquatur, exceptis uſitatis ſalutationibus, quas, cum obuij fiunt, charitas religioſa exigit.*

16 *Ad maiorem vnionem eorum, qui in Societate viuunt, maiuſque auxilium eorum, apud quos habitant, ſinguli addiſcant eius regionis linguam, in qua reſident, niſi forte ipſorum natiua illic eſſet vtilior: ſalua tamen latini ſermonis lege in ijs, qui literis dant operam.*

17 *Qui, facultate accepta, ægrotos inuiſent, meminerint demiſſa voce loqui, & ea quidem, quæ exhilarare & conſolari ægrotos, et circunſtantes ædificare in Domino poſſint.*

18 *Caueant ſibi omnes ab illo affectu, quo aliæ de*

alijs nationibus ſiniſtre ſentire, aut loqui ſolent: quinpotius et bene ſentiant, & peculiari affectu diuerſas à ſua nationes proſequantur in domino: ac proinde nemo bella, contentionesùe inter Chriſtianos principes in colloquium inducat.

19 *Nemo ab externis consilium petat inconſulto ſuperiore.*

20 *Nemo ſcriptas dabit, aut mittet cuiquam externo uel domeſtico, inſtructiões ſpirituales, aut meditationes; nec exercitia ſpiritualia Societatis alicui communicabit, niſi à ſuperiore id approbetur.*

21 *Nemo ĩ locum alieno miniſterio deputatum ingrediatur ſine facultate superioris, aut præfecti illius loci in rebus neceſſarijs.*

22 *Cui fuerit alicuius rei cura commiſſa, ſi impedimẽtum aliquod interuenerit, admoneat aliquem ex ſuperioribus mature, vt illi rei prouideat.*

23 *Nemo alicuius negotij, etiam pij, ſine facultate ſuperioris, curam ſuſcipiat, nec ad id operam ſuam promittat, aut ſe propenſum oſtendat. Secularia verò negotia, quæ ſunt à noſtro inſtituto aliena, et auocant vehementer à ſpiritualibus, multò magis auerſari conuenit.*

24 *Nemo alijs quidquam iubeat, niſi quibus per ſupe-*

riorem licet: nec ſe alieno officio immiſceat, alioſue reprehendat.

25 *Nullus ad ſacerdotium, vel mutandum in Societate gradum adſpiret, nec quempiam alium ex noſtris ad id petendum hortetur.*

26 *In abſtinentia ſextæ feriæ, Societatis conſuetudo obſeruetur.*

27 *Omnes caput aperiant ſuis ſuperioribus, & Laici Sacerdotibus, diſcipuli etiam ſuis præceptoribus: omnes autem alloquentur ſuperiores magna cum reuerentia: et is, quē ſuperior alloquitur, aut reprehendit, humiliter & ſine interpellatione audiat.*

28 *Si cui à ſuperiore aliquid denegatum fuerit, alium ſuperiorem ne adeat ſuper ea re, quin ei aperiat, quid ſibi ab alio fuerit reſponſum, & quas ob cauſas.*

29 *Nemo in alienū cubiculum ingrediatur ſine generali, aut ſpeciali ſuperioris facultate: quod ſi eſſet aliquis intus, nō prius ingrediatur, nec aperiat oſtium, quam poſt pulſum audiat, Ingredere: et tamdiu aperta ſit ianua, quamdiu intus vnà fuerit; nec vllus ita cubiculum ſuum claudat, quin aperiri extrinſecus poſſit: nec quiſquam arcam habeat, obſeratam abſque ſuperioris facultate.*

30 *Nemo vel affiget, vel reuellet aliquid ex ſuo cubiculo, iniuſſu ſuperioris.*

31 *Nemo rem vllam ex domo, vel ex alterius cubiculo ſibi vſurpet, ſine ſuperioris licentia.*

32 *Libros nemo habeat ſine facultate; in ijs verò, qui bus vti licet, nec ſcribatur quidquam, nec notæ vllæ imprimantur.*

33 *Vt grauitas et modeſtia, quæ religioſos decet, ſeruetur, nemo alium, etiam ioco, tangat, preterquàm amplexando in ſignum charitatis, cum quis aut abit aut redit peregrè.*

34 *Nemo cubiculum egrediatur, niſi decenter veſtitus.*

35 *Nemo eorum, qui ad domeſtica miniſteria admittuntur, aut legere diſcat, aut ſcribere: nec eũ quisquam doceat, ſine Præpoſiti generalis facultate; ſed ſatis ijs erit ſancta cum ſimplicitate et humilitate Chriſto Domino noſtro inſeruire.*

36 *Nemo, dum menſæ accumbit, caput aperiat cuiquam ex domeſticis, præterquàm ei, qui toti domui præeſt.*

37 *Cum in menſa cuiquam deeſt aliquid; qui illi aſſidet, eum admoneat qui miniſtrat.*

38 *Singuli, etiam ſacerdotes, cum primùm ſurgunt,*

lectum operiant, eumque & reliqua componant hora conſueta; et ſcopis cubiculum verrant tertio ſaltẽ quoque die, exceptis ijs, qui ob occupationes maioris momenti, aut valetudinis, iudicio ſuperioris, ſublevari debent.

39 *Mundicies, quæ & ad valetudinem, & ad ædificationem confert, omnibus curæ ſit, tam circa ſeipſos, quàm circa alia omnia.*

40 *Singuli regulas habeant, easque & intelligant, & ſibi faciant familiares; ut prompte, cum opus fuerit, in praxim exeant. Earum autem memoria, menſibus ſingulis, legendis uel audiendis illis, renouetur. Omnes uero, qui peculiaria miniſteria obeunt, regulas ſui officij octauo quoque die relegant.*

LAVS DEO.

REGOLE

COMMVNI.

In Roma. Nel Collegio della Compagnia di

GIESV. L'anno M. D. L X V I I.

Quelle che ſpettano al bene di ogn' uno in particolare.

1 Dia ciaſcuno ogni giorno con ogni diligentia nel ſignore, all' eſame, oratione, meditatione, & lettione, quel tempo che gli ſarà ordinato.

2 Ciaſcuno ſi truoui et ſtia decentemente alla meſſa ogni giorno: & aſcolti la predica ouero lettione, che in chieſa noſtra ſi farà.

3 Ogn' uno ſi cõfeſſi nel giorno et co'l confeſſore deputato, & nõ cõ altri ſenza licẽtia del ſuperiore.

4 Sentendoſi alcuno indiſpoſto, ſpetialmente di febre, auiſi l' Infermiero, ouero alcuno de' ſuperiori. et neſſuno pigli medicina alcuna, o elegga medico, o gli dimandi conſiglio, ſenza conſenſo del ſuperiore.

5 Acciò ſi habbia riguardo alla ſanità, neſſuno beuerà ſenza licenza, fuori d'e tempi conſueti.

6 Neſſuno di notte dorma con la fineſtra aperta, ne ſenza camiſcia, ne ſcoperto.

Quelle che ſpettano al bene di tutti in vniuerſale.

1 *Quelli che hanno ad vſcir di caſa; quando dimandano licentia, dal ſuperiore gli dicano īſieme, doue, et à che effetto ſono per andare; ſpetialmēte hauendo à uiſitare Prelati, ouero altre perſone d' importantia; et nell' iſteſſo giorno riferiſcano al medeſimo ſuperiore quel c'haueranno fatto, ſecōche intenderanno ch' eſſo voglia, & la coſa lo richiederà.*

2 *All' entrare o uscir di casa, nō ſi tocchi la campanella ne troppo forte, ne troppo in fretta: et neſſuno esca, ne entri ſe non per la porta ordinaria di casa, auisando il Portinaro dou' egli uada.*

3 *Neſſuno, per ſua mortificatione, in publico faccia cosa alcuna, o uero predichi, ſenza approbatione del ſuperiore.*

4 *Ogn' uno che ſi truoua fuori, ſi ritiri à casa innanzi à notte; ne la mattina esca neſſuno innanzi giorno, ſe al ſuperiore non pareſſe altrimenti.*

5 *Quando alcuno di uiaggio alloggia in alcuna casa ouero Collegio della Compagnia; ſtia all' Obedientia di chi ſarà quiui ſuperiore, in quelle cose che ſpettano all' ordine et diſciplina di detta casa, o collegio.*

6 Neſſuno in caſa ragioni cō foraſtieri, ouero chiami altri à ragionar con loro, ſenza generale, o particolare licenza del ſuperiore.

7 Neſſuno porti ambaſciate ne lettere di foraſtieri à perſone di caſa, ne di perſone di caſa à foraſtieri, ſenza ſaputa del ſuperiore. et le nuoue del ſecolo che s' udiranno di fuori, non ſi raccontino in caſa ſenza cauſa & frutto.

8 Seruino tutti ſilentio con le perſone, & ne i luoghi e tempi ordinati, ſe non in caſo di neceſſità, o di molto poche parole. & parli ogn' uno con uoce baſſa, come à religioſi ſi conuiene.

9 Neſſuno, ſenza ſaputa del ſuperiore, parli cō quelli che ſtanno in prima probatione; eccetto le ſalutationi ordinarie, che, quando s' incontrano, la carità religioſa ricerca.

10 Per maggior' unione di quelli che nella compagnia uiuono, et per aiuto maggiore di quelli doue habitano; impari ciaſcuno la lingua di quel paeſe, ſe già la ſua natiua quiui non foſſe piu utile. ſalua però la regola del parlar latino per quelli che ſtudiano.

11 Chiunque, hauuta licenza, uiſitarà gli ammalati; ricordiſi di ragionare con uoce baſſa, &

di coſe che poſſino inſieme dar' à gl' infermi conſolatione & allegrezza, & à i circoſtanti edificatione nel ſignore.

12 Guardiſi ogn'uno daquell' affetto, che ſuole ſpingere una natione à ſentire o dir male d' un' altra: anzi piu preſto ſentano bene, et particolare affettione dimoſtrino nel ſignore à quelli di diuerſa natione; &, per queſto riſpetto medeſimo, neſſuno introduca ragionamento di guerre o conteſe fra principi Criſtiani.

13 Neſſuno, ſenza parere del ſuperiore, dimandi conſiglio da foraſtieri.

14 Neſſuno darà, o mandarà ī iſcritto à perſona foraſtiera, o di caſa, inſtruttioni ſpirituali, o meditationi: ne communicherà con alcuno gli eſercitij ſpirituali della compagnia, ſenza approbatione del ſuperiore.

15 Neſſuno ētri ī luogo deputato all' uffitio altrui, ſenza licentia del ſuperiore: ouero (nelle coſe neceſſarie) ſenza licentia di chi hà cura di detto luogo.

16 Hauendo alcuno commiſſione di qualſiuoglia coſa. et occorrendogli qualche impedimento; dia auiſo ad alcuno de ſuperiori per tempo, accioche

ui ſi prouegga.

17 *Neſſuno ſenza licenza del ſuperiore pigli l' aſſunto di negotio alcuno, etiam pio; ne prometta l' opera ſua, ne ſi moſtri affettionato à pigliarlo. et i negotij ſecolari, come ſono alieni dal noſtro inſtituto, et impediſcono grandemente lo ſpirito, molto piu s' hanno à fuggire.*

18 *Neſſuno commandi, ne s' impacci nell' uffitio che non gli tocca, ne riprenda altrui. ſenza ordine del ſuperiore.*

19 *Neſſuno aſpiri à ſacerdotio, ouero à mutar grado nella compagnia: ne eſorti alcun' altro de' noſtri à far tal dimanda.*

20 *Nell' aſtinenza del Venerdì, ſi guardi l' uſanza della compagnia.*

21 *Tutti ſcopriranno il capo à i ſuoi ſuperiori; et i laici à i sacerdoti; i diſcepoli ancora à i ſuoi maeſtri: & parli ogn' uno à i ſuperiori con gran riuerenza; & quello à chi il ſuperiore parla o riprende, humilmente lo aſcolti, & non lo interrompa.*

22 *Se ad alcuno ſarà ſtata negata qualche coſa dal ſuperiore; non tratti con altro ſuperiore di quella iſteſſa coſa, ſenza manifeſtargli che riſpoſta.*

habbia hauuto dall' altro, & per quali ragioni

23 *Neſſuno entri in camera altrui ſenza generale o particolare licenza del ſuperiore: & eſſendoui dentro alcuno, nõ entri, ne apra la porta, prima che tocchi & intenda che gli ſia detto, entrate: & tanto tempo ſtia aperta la porta, quanto ſtaranno dentro inſieme: ne chiuda alcuno la camera ſua di maniera che nõ ſi poſſa aprire di fuori; ne tenga arca ſerrata, ſenza licenza del ſuperiore.*

24 *Neſſuno attacchi, neſtacchi di camera ſua coſa alcuna, ſenza ordine del ſuperiore.*

25 *Neſſuno ſi uſurpi qualſiuoglia coſa di caſa, ne di camera altrui, ſenza licentia del ſuperiore.*

26 *Neſſuno tẽga libri ſenza licentia: ne ĩ quelli che può tenere, ſcriua, ne faccia ſegno di alcuna ſorte.*

27 *Per conſeruare la modeſtia & grauità che à i religioſi conuiene; neſſuno tocchi altri, ne anche per giuoco, eccetto abbracciandoſi in ſegno di carità, quando alcuno uà, o uiene di lontano.*

28 *Neſſuno eſca di camera, ſe non decentemente ueſtito.*

29 *Neſſuno di quelli che ſi riceuono per li ſeruitij di caſa, impari ne leggere ne ſcriuere, ne altri gl'in-*

ſegni, ſenza licentia del Prepoſito Generale: ma baſterà loro in ſanta ſemplicità & humiltà ſeruire à Criſto noſtro ſignore.

30 *Neſſuno, mentre ſtà à tauola, ſi ſcuopra il capo ad alcuno di caſa, eccetto à quello che è ſuperiore di tutta la caſa.*

31 *Quando ī tauola qualche coſa manca ad alcuno; chi ſiede uicino, dia auiſo à chi ſerue.*

32 *Ogn'uno, etiam ſacerdote, ſubito che ſi leua, cuopra il ſuo letto, & alla hora ſolita inſieme cō le altre coſe lo raſſetti: & almeno ogni terzo giorno ſcopi la camera: eccetto quelli che per occupationi di maggiore importanza, o per indiſpoſitione, à giuditio del ſuperiore deuono eſſere aiutati.*

33 *Ogn'uno, tanto nella ſua perſona, quanto in ogn' altra coſa, habbia cura della nettezza; la quale ſerue et per la ſanità; et per la edificatione.*

34 *Tenga ciaſcuno, & intenda, & facciaſi famigliari le regole; per mandarle prontamente in effetto quando biſogna: & ogni meſe ſe ne rinfreſchi la memoria, leggendole, o uero aſcoltandole. et tutti quelli che hanno uffitij particolari, tornino à leggere ogni otto giorni le regole dell'uffitio loro.*

LAVS DEO.

REGVLAE SVPERINTENDENTIS.

1 *Etſi Superintendens totius Collegij ſuperior futurus ſit, debet tamen omnimodam Collegij gubernationem Rectori, cuius ĩmediatus ſuperior eſt, relinquere. Proprium autem ipſius munus erit, quonã modo & ordine omnia iuxta Conſtitutiones & Regulas procedant, conſiderare. Quod vt melius præſtet, habere debet Regulas omnes & officia domeſticorum. Et ſi õnia rectè procedere uiderit, gaudeat in Domino, nihil quod agat ſibi ſupereſſe.*

2 *Si qua res ad debitum ordinẽ redigenda uideretur, experiatur, an per induſtriã Superioris id poßit cõſequi; quòd ſi is rem parũ promouerit, tunc eius rei curam ipſe ad ſe ſuſcipiat, ut rectè ordinata Rectori proſequenda committatur.*

3 *Peculiari cura niti debet, vt domeſticorum animi cum Rectore vniantur: cui autoritatem conciliare ipſe debet, per ipſum adminiſtrando, quæ conſtituenda iudicauerit: et nulli de eo conquerenti faueat, ſed potius Rectorem palàm defendat: quẽ deinde, ſi opus erit, ſecretò ſui officij admonebit.*

4 *Iis conſultationibus, quas Rector cum ſuis Conſultoribus*

toribus habet, adeſſe frquenter non debet: ſed à Rectore, cùm uolet, intelliget, quæ fuerint ĩ congregatione acta. urgente tamẽ grauiore aliquo negotio, uocare ipſe ad ſe & Rectorem & Conſultores poterit.

Curet Rectorem hilarem conſeruare, nec ei leuibus de cauſis ſeſe opponat. quò enim magis ille ſic erit animatus, eò ad gubernationem aptior reddetur, et animorum unio magis conſeruabitur.

LAVS DEO.

1 Ea modeſtia & humilitate officium ſuum faciat, ut ſubditum decet erga Superiorem, quem Chriſti loco habet. Niti enim debet, ne huius muneris occaſione, reuerentia atque obediẽtia interior vel exterior in ſe debilior reddatur.

2 Animaduertat autem, ne hæc reuerentia, et obediẽtia fidelitatem, aut neceſſariã libertatem opprimat; quò minus Superiorem admoneat de ijs, quæ præmiſſa oratione, proponẽda in domino iudicaret.

3 Admoneat Superiorẽ de ijs, quæ maior pars Cõſultorum ei dicenda iudicauerit. De alijs verò, quæ ſiue ipſi in mentem venient, ſiue ab alijs ſuggerentur, non facilè eum admonebit. Sed ea duntaxat, quæ non leuis momenti poſt orationem eſſe cenſuerit: ſiue illa ad perſonam, ſiue ad officium Superioris pertinebũt, iuxta cap. quartum et quintum nonæ partis Conſtit: & tertium Decretum tituli tertij primæ Congregationis.

4 Ea, quorũ Superiorẽ admonuerit, meminerit tacitus apud ſe ſeruare: quãuis interrogatus à Cõſultoribus de ijs, quæ ipſi cõmiſiſſent, dicẽda uel à Superioribus, rationem ſui officij eis debebit reddere.

Cum

5 *Cum Superior remedium cuipiam rei admonitus nõ adhibuerit, Admonitoris erit, cum debita ſub miſsione, iterum, & ſæpius eum commonefacere: Quòd ſi emendationem non ſperat, facta prius oratione, id Superiori ſignificet.*

LAVS DEO

1 *In conſultationibus ſynceram intentionem habeat, & à perturbatione liberam; vt fidelis, & debita cũ modeſtia liber, charitatis et obediẽtiæ memor, ſententiam dicat.*

2 *Rem, de qua conſulitur, bene intelligat, nec ſit in dicendo præceps; imo uerò negotio ſecum conſiderato, & oratione præmiſſa, præcipuè cũ de rebus agitur difficilibus, ſententiã ſuam aperiat. Quòdſi quid ex tempore diſcutiendum proponeretur, et id ſibi maturius conſiderandum iudicaret, Superiori ſignificabit.*

3 *Explicare breuiter debet ſententiæ ſuæ rationes; quòd ſi ad eam confirmandam, aliorũ rationes eſſẽt diſſoluendæ, id etiam modeſtè faciat.*

4 *Cùm Superior, Conſultoribus auditis, aliquid ſtatuerit, iudicium ipſe ſuũ illius iudicio ſubmittẽdum meminerit: quòd ſi ob rei, de qua agitur, grauitatẽ, adhuc ſentiret ad alium Superiorem rẽ eſſe deferẽdam, id, oratione facta, ne prætermittat.*

5 *Etiam ſi non interrogetur, ſiquid in mentem venerit, quod ad commune bonum, uel alicuius perſonæ particularis pertineat, poterit id Superiori proponere*

ponere; vt is ſtatuat, num ea de re ſit deliberandũ, nec ne.

6 *Conſultores Rectoris, litteras obſignatas ad Prouincialem dabunt ſexto quoque menſe: et ad Generalem ſingulis annis. Conſultores verò Prouincialis ſexto quoque menſe Generali ſcribent, niſi res aliqua urgeret, ut tẽpora anteuerterent. Iis litteris ſignificabunt, quid ſibi de Superiore, cuius Conſultores ſunt, & de eius adminiſtratione videatur.*

7 *Siquid circa victum, veſtitum, labores, & occupationes Superioris, aut circa gubernationem, moderandum, augendum, vel mutandum cẽſerent, illũ præmiſſa oratione, admonendum curent: quod ferè per Admonitorem faciant.*

8 *Ad omnia, quæ ad Conſultoris officium pertinẽt, melius obeũda, Superioris ſui Regulas bene teneãt.*

9 *Conſultores aliꝭs ſignificare nõ debent ea, quæ proponuntur, aut definiuntur in congregatione: præſertim cùm res ipſæ ſecretum exigunt. Superioris erit promulgare, ſiquid dicto opus ſit.*

LAVS DEO

REGVLAE CVSTODIS veſtium.

1 Seruare debet omnem ſupellectilem ex lino lanaq; conſtantem, & quicquid ad veſtes, et calceamenta attinet; quæ diligenti cura, vt rem Christi pau-perum cuſtodiet.

2 Inuentarium rerum, quas ipſe cuſtodit alicuius mementi, in libro habebit: & ſeorſum ſcribet tã ea, quæ ex eis vſu conſumuntur, quàm quæ ſibi recentia tradentur; addito die, menſe, & anno, & c. vt cum à Superiore iubebitur, poſſit ſui muneris rationem reddere.

3 Veſtes ordine diſpoſitas ſeruet, ita, vt nouæ & integræ, à tritioribus ſeiungantur; & ne lædantur, videat; has etiam aptari & reſarciri curabit. Quas verò non amplius uſui noſtrorum futuras iudicabit, Superiori oſtendet, ut ille, quid ſit de eis futurum, ſtatuat.

4 Singulis menſibus, oĩa domus viſitabit cubicula, ut ex Superioris arbitrio, ſi quid ei deſit, ſuppleri poßit; ſi quid etiam ſuperfluum inuenerit, in veſtiaria officina cuſtodiatur. Inſpiciet etiam quinam veſte quapiam indigeant, ut Superiori dicat, eiusq. ordinem

ordinem exequatur: eo verò īconſulto nihil cuiquā dabit.

5 *Vbi linei panni à noſtris commodè lauari non poterunt, lotori externo ſcripto numero dentur, et ab eo recipiantur.*

6 *Subuculæ ſingulorum, ſignis particularibus internoſcantur; & linea capitū velamina vniuſcuiuſq. ſuis ſubuculis alligentur, ne permiſceri contingat. Subuculæ uerò, induentiū ſtaturæ conuenire debēt.*

7 *Panni linei oēs, quos utendos Refectorij Præfecto. Coquo, aut alijs miniſtris diuidet, numerato det, et recipiat.*

8 *Sabbati veſpere, linea munda per omnia cubicula diſtribuet, Dominica uerò mane ex ijsdem cubiculis immunda colliget; et, an omnia, quæ dederat, recipiat, animaduertat.*

9 *Verno tempore, pro lectis linteamina munda decimo quinto quoque die, hyeme uerò poſt tres hebdomadas diſtribuat, ubi id fieri poterit.*

LAVS DEO

infirmorum

1 Cum quis in morbũ incidit, à Superiore intelligat, num ſtatim medicus vocandus ſit: & quoties ille ægrotos inuiſet, præſens ipſe cum eo ſit.

2 Studeat, vt quæ ægrotanti danda ſunt, & opportunè emantur, & bona, ſint, ac bene præparata miniſtrentur.

3 Vbi videret ægrorum cubicula ſalubria non eſſe, ſuperiorem admoneat; & curet, vt ſint valde munda; lecti etiam cõcinnè ſternantur, herbis etiã aut rebus alijs decumbentes oblectet.

4 Aegrum conſolari & exhilarare ſtudeat, non ſolùm rebus per medicum probatis, ſed verbis etiam ſpiritualibus, et lætis. Intelligat etiam ab ægrotis, quorum viſitatione magis delectentur; vt eos approbante ſuperiore, ad illos accerſat. cauere tamen diligẽter debet, ne dũ ĩfirmo placere ſtudet, aliquid fieri permittat, quod ei nocere vlla ratione poſſit.

5 Cuncta, quæ ægrotantium vſui neceſſaria ſunt, habere ipſe debet, & cuſtodire.

6 Nihil omnino eorum, quæ à medico præſcribẽtur, prætermittat, aut mutet. Ordinem etiam obſer-

uet temporum præfixorum, quibus prandium, cœnam, ſyrupum, cæteraſque medicinas det: omnia ſcripto excipiens, quæ circa hæc medicus iuſſerit.

7 *Et animaduertere et meminiſſe debet quo die quis cœperit ægrotare, & qua hora febres ægrum aut corripiant, aut deſerant; tum, vt medicũ, et ſuperiorem admoneat, tum, vt cibũ tempeſtiuè præbeat.*

8 *Conualeſcentes è lecto ſurgere non permittet priuſquàm id medicus conceſſerit: et videat, vt ea cõualeſcentibus præbeantur, quæ medicus præſcripſerit, donec ſuperiori ſecus viſum fuerit.*

9 *Cum grauitas morbi, aut ægrotantis vtilitas id poſtulat, ſuperiorem certiorem reddat, vt Sacramẽta, et c. tempeſtiuè ei cõferantur: & ſi alio medico opus ſit, prouideatur.*

10 *Ingraueſcente morbo ſuperiorem admoneat, vt orationibus infirmum iuuari faciat, eò magis, quò morti propinquiorem videret; et vt aliqui morienti adſint, à quibus in Domino iuuetur.*

11 *Vt eorum cadauera, qui ad meliorem vitam migrarint, ad ſepulturam, conſueto rigionis more, præparentur, prouideat.*

12 *Superiori dicat, quinam domi parum firma valetudine ſint, vt eorum neceſſitati conſulatur.*

In

23 *In ſūma, quæ ad corporum ſanitatem faciunt, curare ipſe debet; niſi aliū Procuratorem ſanitatis Superior cōſtituerit. Quocirca ſi in cibis, aëre, frigore, æſtu, exercitio, aut alia quapiam in re, ægritudinis cauſam animaduerteret, Superiori, vt prouideat, ſignificabit.*

LAVS DEO.

ui ſi prouegga.

17 Neſſuno ſenza licenza del ſuperiore pigli l'aſſunto di negotio alcuno, etiam pio; ne prometta l'opera ſua, ne ſi moſtri affettionato à pigliarlo. et i negotij ſecolari, come ſono alieni dal noſtro inſtituto, et impediſcono grandemente lo ſpirito, molto piu s'hanno à fuggire.

18 Neſſuno commandi, ne s'impacci nell'uffitio che non gli tocca, ne riprenda altrui ſenza ordine del ſuperiore.

19 Neſſuno aſpiri à ſacerdotio, ouero à mutar grado nella compagnia: ne eſorti alcun'altro de' noſtri à far tal dimanda.

20 Nell'aſtinenza del Venerdì, ſi guardi l'uſanza della compagnia.

21 Tutti ſcopriranno il capo à i ſuoi ſuperiori; et i laici à i sacerdoti; i diſcepoli ancora à i ſuoi maeſtri: & parli ogn'uno à i ſuperiori con gran riuerenza; & quello à chi il ſuperiore parla o riprende, humilmente lo aſcolti, & non lo interrompa.

22 Se ad alcuno ſarà ſtata negata qualche coſa dal ſuperiore; non tratti con altro ſuperiore di quella iſteſſa coſa, ſenza manifeſtargli che riſpoſta,

habbia hauuto dall' altro, & per quali ragioni

23 *Neſſuno entri in camera altrui ſenza generale o particolare licenza del ſuperiore: & eſſendoui dentro alcuno, nõ entri, ne apra la porta, prima che tocchi & intenda che gli ſia detto, entrate: & tanto tempo ſtia aperta la porta, quanto ſtaranno dentro inſieme: ne chiuda alcuno la camera ſua di maniera che nõ ſi poſſa aprire di fuori; ne tenga arca ſerrata, ſenza licenza del ſupeirore.*

24 *Neſſuno attacchi, neſtacchi di camera ſua coſa alcuna, ſenza ordine del ſuperiore.*

25 *Neſſuno ſi uſurpi qualſiuoglia coſa di caſa, ne di camera altrui, ſenza licentia del ſuperiore.*

26 *Neſſuno tẽga libri ſenza licentia: ne ĩ quelli che può tenere, ſcriua, ne faccia ſegno di alcuna ſorte.*

27 *Per conſeruare la modeſtia & grauità che à i religioſi conuiene; neſſuno tocchi altri, ne anche per giuoco, eccetto abbracciandoſi in ſegno di carità, quando alcuno uà, o uiene di lontano.*

28 *Neſſuno eſca di camera, ſe non decentemente ueſtito.*

29 *Neſſuno di quelli che ſi riceuono per li ſeruitij di caſa, impari ne leggere ne ſcriuere, ne altri gl'in-*

ſegni, ſenza licentia del Prepoſito Generale: ma baſterà loro in ſanta ſemplicità & humiltà ſeruire à Criſto noſtro ſignore.

30 *Neſſuno, mentre ſtà à tauola, ſi ſcuopra il capo ad alcuno di caſa, eccetto à quello che è ſuperiore di tutta la caſa.*

31 *Quando ĩ tauola qualche coſa manca ad alcuno; chi ſiede uicino, dia auiſo à chi ſerue.*

32 *Ogn' uno, etiam ſacerdote, ſubito che ſi leua, cuopra il ſuo letto, & alla hora ſolita inſieme cõ le altre coſe lo raſſetti: & almeno ogni terzo giorno ſcopi la camera: eccetto quelli che per occupationi di maggiore importanza, o per indiſpoſitione, à giuditio del ſuperiore deuono eſſere aiutati.*

33 *Ogn' uno, tanto nella ſua perſona, quanto in ogn' altra coſa, habbia cura della nettezza; la quale ſerue et per la ſanità; et per la edificatione.*

34 *Tenga ciaſcuno, & intenda, & facciaſi famigliari le regole; per mandarle prontamente in effetto quando biſogna: & ogni meſe ſe ne rinfreſchi la memoria, leggendole, o uero aſcoltandole. et tutti quelli che hanno uffitij particolari, tornino à leggere ogni otto giorni le regole dell' uffitio loro.*

LAVS DEO.

REGVLAE SVPERINTENDENTIS.

1 *Etſi Superintendens totius Collegij ſuperior futurus ſit, debet tamen omnimodam Collegij gubernationem Rectori, cuius ĩmediatus ſuperior eſt, relinquere. Proprium autem ipſius munus erit, quonã modo & ordine omnia iuxta Conſtitutiones & Regulas procedant, conſiderare. Quod vt melius præſtet, habere debet Regulas omnes & officia domeſticorum. Et ſi õnia rectè procedere uiderit, gaudeat in Domino, nihil quod agat ſibi ſupereſſe.*

2 *Si qua res ad debitum ordinẽ redigenda uideretur, experiatur, an per induſtriã Superioris id poßit cõſequi; quòd ſi is rem parũ promouerit, tunc eius rei curam ipſe ad ſe ſuſcipiat, ut rectè ordinata Rectori proſequenda committatur.*

3 *Peculiari cura niti debet, vt domeſticorum animi cum Rectore vniantur: cui autoritatem conciliare ipſe debet, per ipſum adminiſtrando, quæ conſtituenda iudicauerit: et nulli de eo conquerenti faueat, ſed potius Rectorem palàm defendat: quẽ deinde, ſi opus erit, ſecretò ſui officij admonebit.*

4 *Iis conſultationibus, quas Rector cum ſuis Conſul-*

toribus

toribus habet, adeſſe frquenter non debet: ſed à Rectore, cùm uolet, intelliget, quæ fuerint ĩ congregatione acta. urgente tamẽ grauiore aliquo negotio, uocare ipſe ad ſe & Rectorem & Conſultores poterit.

Curet Rectorem hilarem conſeruare, nec ei leuibus de cauſis ſeſe opponat. quò enim magis ille ſic erit animatus, eò ad gubernationem aptior reddetur, et animorum unio magis conſeruabitur.

LAVS DEO.

1 *Ea modeſtia & humilitate officium ſuum faciat, ut ſubditum decet erga Superiorem, quem Chriſti loco habet. Niti enim debet, ne huius muneris occaſione, reuerentia atque obediẽtia interior vel exterior in ſe debilior reddatur.*

2 *Animaduertat autem, ne hæc reuerentia, et obediẽtia fidelitatem, aut neceſſariã libertatem opprimat; quò minus Superiorem admoneat de ijs, quæ præmiſſa oratione, proponẽda in domino iudicaret.*

3 *Admoneat Superiorẽ de ijs, quæ maior pars Cõſultorum ei dicenda iudicauerit. De alijs verò, quæ ſiue ipſi in mentem venient, ſiue ab alijs ſuggerentur, non facilè eum admonebit. Sed ea duntaxat, quæ non leuis momenti poſt orationem eſſe cenſuerit: ſiue illa ad perſonam, ſiue ad officium Superioris pertinebũt, iuxta cap. quartum et quintum nonæ partis Conſtit: & tertium Decretum tituli tertij primæ Congregationis.*

4 *Ea, quorũ Superiorẽ admonuerit, meminerit tacitus apud ſe ſeruare: quãuis interrogatus à Cõſultoribus de ijs, quæ ipſi cõmiſiſſent, dicẽda uel à Superioribus, rationem ſui officij eis debebit reddere.*

5 *Cum Superior remedium cuipiam rei admonitus nō adhibuerit, Admonitoris erit, cum debita ſubmiſsione, iterum, & ſæpius eum commoneſacere: Quòd ſi emendationem non ſperat, facta prius oratione, id Superiori ſignificet.*

LAVS DEO

1 *In conſultationibus ſynceram intentionem habeat, & à perturbatione liberam; vt fidelis, & debita cũ modeſtia liber, charitatis et obediẽtiæ memor, ſententiam dicat.*

2 *Rem, de qua cõſulitur, bene intelligat, nec ſit in dicendo præceps; imo uerò negotio ſecum conſiderato, & oratione præmiſſa, præcipuè cũ de rebus agitur difficilibus, ſententiã ſuam aperiat. Quòd ſi quid ex tempore diſcutiendum proponeretur, et id ſibi maturius conſiderandum iudicaret, Superiori ſignificabit.*

3 *Explicare breuiter debet ſententiæ ſuæ rationes; quòd ſi ad eam confirmandam, aliorũ rationes eſſẽt diſſoluendæ, id etiam modeſtè faciat.*

4 *Cùm Superior, Conſultoribus auditis, aliquid ſtatuerit, iudicium ipſe ſuũ illius iudicio ſubmittẽdum meminerit: quòd ſi ob rei, de qua agitur, grauitatẽ, adhuc ſentiret ad alium Superiorem rẽ eſſe deferẽdam, id, oratione facta, ne prætermittat.*

5 *Etiam ſi non interrogetur, ſiquid in mentem venerit, quod ad commune bonum, uel alicuius perſonæ particularis pertineat, poterit id Superiori proponere*

ponere; vt is ſtatuat, num ea de re ſit deliberandũ, nec ne.

6 *Conſultores Rectoris, litteras obſignatas ad Prouincialem dabunt ſexto quoque menſe: et ad Generalem ſingulis annis. Conſultores verò Prouincialis ſexto quoque menſe Generali ſcribent, niſi res aliqua urgeret, ut tẽpora anteuerterent. Iis litteris ſignificabunt, quid ſibi de Superiore, cuius Conſultores ſunt, & de eius adminiſtratione videatur.*

7 *Siquid circa victum, veſtitum, labores, & occupationes Superioris, aut circa gubernationem, moderandum, augendum, vel mutandum cẽſerent, illũ præmiſſa oratione, admonendum curent: quod ferè per Admonitorem faciant.*

8 *Ad omnia, quæ ad Conſultoris officium pertinẽt, melius obeũda, Superioris ſui Regulas bene teneãt.*

9 *Conſultores aliis ſignificare nõ debent ea, quæ proponuntur, aut definiuntur in congregatione: præſertim cùm res ipſæ ſecretum exigunt. Superioris erit promulgare, ſiquid dicto opus ſit.*

LAVS DEO

REGVLAE CVSTODIS veſtium.

1 Seruare debet omnem ſupellectilem ex lino lanaq; conſtantem, & quicquid ad veſtes, et calceamenta attinet; quæ diligenti cura, vt rem Chriſti pauperum cuſtodiet.

2 Inuentarium rerum, quas ipſe cuſtodit alicuius mementi, in libro habebit: & ſeorſum ſcribet tã ea, quæ ex eis vſu conſumuntur, quàm quæ ſibi recentia tradentur; addito die, menſe, & anno, &c. vt cum à Superiore iubebitur, poſſit ſui muneris rationem reddere.

3 Veſtes ordine diſpoſitas ſeruet, ita, vt nouæ & integræ, à tritioribus ſeiungantur; & ne lædantur, videat; has etiam aptari & reſarciri curabit. Quas verò non amplius uſui noſtrorum futuras iudicabit, Superiori oſtendet, ut ille, quid ſit de eis futurum, ſtatuat.

4 Singulis menſibus, oĩa domus viſitabit cubicula, ut ex Superioris arbitrio, ſi quid ei deſit, ſuppleri poſsit; ſiquid etiam ſuperfluum inuenerit, in veſtiaria officina cuſtodiatur. Inſpiciet etiam quinam veſte quapiam indigeant, ut Superiori dicat, eiusq.

ordinem

ordinem exequatur: eo verò īconſulto nihil cuiquā dabit.

5 V bi linei panni à noſtris commodè lauari non poterunt, lotori externo ſcripto numero dentur, et ab eo recipiantur.

6 Subuculæ ſingulorum, ſignis particularibus internoſcantur; & linea capitū velamina vniuſcuiuſq. ſuis ſubuculis alligentur, ne permiſceri contingat. Subuculæ uerò, induentiū ſtaturæ conuenire debēt.

7 Panni linei oēs, quos utendos Refectorij Præfecto. Coquo, aut alijs miniſtris diuidet, numerato det, et recipiat.

8 Sabbati veſpere, linea munda per omnia cubicula diſtribuet, Dominica uerò mane ex ijsdem cubiculis immunda colliget; et, an omnia, quæ dederat, recipiat, animaduertat.

9 Verno tempore, pro lectis linteamina munda decimo quinto quoque die, hyeme uerò poſt tres hebdomadas diſtribuat, ubi id fieri poterit.

LAVS DEO

1 Cum quis in morbū incidit, à Superiore intelligat, num ſtatim medicus vocandus ſit: & quoties ille ægrotos inuiſet, præſens ipſe cum eo ſit.

2 Studeat, vt quæ ægrotanti danda ſunt, & opportunè emantur, & bona, ſint, ac bene præparata miniſtrentur.

3 Vbi videret ægrorum cubicula ſalubria non eſſe, ſuperiorem admoneat; & curet, vt ſint valde munda; lecti etiam cōcinnè ſternantur, herbis etiā aut rebus alijs decumbentes oblectet.

4 Aegrum conſolari & exhilarare ſtudeat, non ſolùm rebus per medicum probatis, ſed verbis etiam ſpiritualibus, et lætis. Intelligat etiam ab ægrotis, quorum viſitatione magis delectentur; vt eos approbante ſuperiore, ad illos accerſat. cauere tamen diligēter debet, ne dū īfirmo placere ſtudet, aliquid fieri permittat, quod ei nocere vlla ratione poſſit.

5 Cuncta, quæ ægrotantium vſui neceſſaria ſunt, habere ipſe debet, & cuſtodire.

6 Nihil omnino eorum, quæ à medico præſcribētur, prætermittat, aut mutet. Ordinem etiam obſer-

uet temporum præfixorum, quibus prandium, cænam, ſyrupum, cæteraſque medicinas det: omnia ſcripto excipiens, quæ circa hæc medicus iuſſerit.

7 *Et animaduertere et meminiſſe debet quo die quis cœperit ægrotare, & qua hora febres ægrum aut corripiant, aut deſerant; tum, vt medicũ, et ſuperiorem admoneat, tum, vt cibũ tempeſtiuè præbeat.*

8 *Conualeſcentes è lecto ſurgere non permittet priuſquàm id medicus conceſſerit: et videat, vt ea cõualeſcentibus præbeantur, quæ medicus præſcripſerit, donec ſuperiori ſecus viſum fuerit.*

9 *Cum grauitas morbi, aut ægrotantis vtilitas id poſtulat, ſuperiorem certiorem reddat, vt Sacramẽta, et c. tempeſtiuè ei cõferantur: & ſi alio medico opus ſit, prouideatur.*

10 *Ingraueſcente morbo ſuperiorem admoneat, vt orationibus infirmum iuuari faciat, eò magis, quò morti propinquiorem videret; et vt aliqui morienti adſint, à quibus in Domino iuuetur.*

11 *Vt eorum cadauera, qui ad meliorem vitam migrarint, ad ſepulturam, conſueto rigionis more, præparentur, prouideat.*

12 *Superiori dicat, quinam domi parum firma valetudine ſint, vt eorum neceſſitati conſulatur.*

In

13 *In ſũma, quæ ad corporum ſanitatem faciunt, curare ipſe debet; niſi aliũ Procuratorem ſanitatis Superior cõſtituerit. Quocirca ſi in cibis, aëre, frigore, æſtu, exercitio, aut alia quapiam in re, ægritudinis cauſam animaduerteret, Superiori, vt prouideat, ſignificabit.*

LAVS DEO.

1 *Quæ de diſciplina religioſa in Regulis & inſtituto noſtro ſeruanda, omnibus propoſita ſunt, ea ſacerdotes pro ratione ſui gradus, ſibi præcipuè dicta exiſtiment, et obſeruent. Quibus uerò ex obedientia confeſſiones audiendi ſanctũ munus cõmittitur, multũ ad id affici ſtudeant, et tanquã noſtri inſtituti ualde proprium magnifaciant.*

2 *Diuinum officium quiſque nitatur attentè, deuotè, et opportuno tempore recitare.*

3 *Cæremonias miſſæ, exactè unuſquiſq; obſeruet; et ita uiuere ſtudeat, ut quotide meritò celebrare posſit. In celebratione uerò pronunciationem, et omnem aliam exteriorem actionem ita moderetur, ut non minus alienæ ædificationi, quàm propriæ deuotioni ſeruiat; et ideo semi horæ ſpatiũ nec multũ ĩ ſacro faciẽdo excedat, nec etiã deficiat.*

4 *Qui in sũmo altari ſacra facturi ſunt, ſimulatq; cãpanæ ſe uocantis audierint pulſum, ad ueſtes ſacerdotales iuduendas, ſe conferant: ut in tempore exire ex ſacriſtia poſſint.*

5 *Modũ ea ſacramenta miniſtrandi, quæ Sacerdotes noſtræ Societatis exercere poſſunt, perſpectũ oẽs habeãt, in ĳsq; uniformes ſint, quantũ regionũ uarietas patietur.*

6 *Nemo, niſi à Superiore deputatus, ad confeſſiones audiendas accedat; & ſimul intelligat, quam facultatem ad hoc munus ab eo habeat; et in caſibus conſcientiæ oẽs*

confeſſarĳ

confeſſarij ſe exerceant.

7 Confeſſarij inter ſe ipſos, et in modo procedēdi cū pœnitentibus, conformes eſſe curent; et, quantum res tulerit, ita aliorū confeſſariorū exiſtimationi unſquiſq. conſulat, ut oēs intelligāt, mutuo charitatis et uniformis doctrinæ uinculo, Societatis confeſſarios, in chriſto eſſe colligatos.

8 Abſoluendi ab excōmunicatione, et alijs cenſuris et peccatis, eandem formam et rationem omnes ſequantur.

9 Cōfeſſarij ita audiant pænitentes, ut mutuū aſpectū fugiant: ſic enī attentius et liberius audiēt; quòd ſi locus hoc nō præſtiterit, manus interpoſita inter faciē propriā et confitentem (qui ad latus eſſe debet) hoc præſtabit.

10 In audiendis cōfeſſionibus (fæminarum præſertim) ſeueros potius ſe, quàm nimiū familiares exhibeāt; moderatè tamen, cū tempus, et res id exigent; ſed in uniuerſum paterna quædam, & ſpiritualis grauitas in eis eluceat.

11 Eos, qui crebrius confitentur, maximè fœminas, celeriter expediant; nec de rebus ad confesſionem non pertinentibus ī confeſſione loquantur: extra cōfeſſionem uerò neq. nimiam familiaritatem illis oſtendāt, neq. cum oportuerit eas alloqui, longum ſermonem miſceant; oculos autem modeſtè demiſſos habeant.

12 Si quis uni confiteri ſolitus, alium confeſſarium adeundi facultatem ab eo petierit, eā benignè concedat.

13 Si quis ſenſerit alicuius perſonæ erga ſe inordinatum affectum, eam ſeuerè excipiat, & celeriter expediat.

Quòd

Quòd ſi hæc ad illum moderandum non ſufficiant, ad aliũ confeſſarium, cum dexteritate mittat.

14 Qui à Superiore mittetur ad confeſſiones fœminarũ audiendas, uel alia de cauſa eas adierit, ſocium eum aſſumet, quem ſuperior ipſi deſignauerit; qui quidem, quàmdiu cum fœminis ſacerdos loquetur, eo in loco erit, vnde uidere eos, ſed non, quæ ſecreta eſſe oportet, audire poſſit, quantum per loci diſpoſitionem fieri poterit.

15 Particularẽ perſonarũ, et præſertim fœminarũ, curã nemo ſuſcipiat; et quamuis pro confeſſarij munere, in uita ſpirituali eas inſtituat, nullius tamẽ obedientiã admittat.

16 Vt ſanitatis etiã ratio ad Dei gloriã habeatur, cõfeßiones mãne ad horam uſque prandij tantum audiant, ita vt cum ſignũ primæ menſæ auditur, ſtudeant ſe ita accõmodare, ut ad ſecundam plus minusùe accedant, niſi fortè neceſſitas aliud exigat.

17 Vocati ad eccleſiã ad confeſſiones audiendas, ſtatĩ cum animi alacritate eò ſe conferant: et quãdo frequentiores futuræ ſunt confeßiones, tempeſtiuè ab alijs occupationibus ſe expediant.

18 In templo confeßiones, dum concio fit, vel ſacra lectio, nemo audiat.

19 Quamuis uota ad perfectionis ſtatum pertinẽtia, vt ſancta laudari debent, & circa ea confeſſarij conſiliũ non leuiter, ſed magna cum conſideratione dare poſsint: quia tamen non humanam ſed diuinam uocationem requirunt,

nemo

nemo ad ea emittenda quenquam inducat; licebit tamē ad orationem hortari, vt à Deo adiuti uocationem ſuam melius intelligant, & exequantur.

20 Si quos uiderint ad religionē propenſos, non facilè ad unā potius, q̄; ad aliā, ad hoc, quàm ad illud monaſterium inuitent; ſed liberā illis ſuam electionē relinquant: poterūt tamē petentibus conſiliū, eas Religiones, uel monaſteria proponere, quæ illis magis cōmoda in domino iudicauerīt

21 Nullus eis, quorum audit confeßiones, certum veſtimenti genus, hunc aut illum habitum, vel colorem, præſcribat: quāuis omnes ad honeſtum, et ſuo ſtatui conuenientem ueſtitum hortari posſint.

22 Vt pium est, ad frequenter cōmunicandum fideles exhortari, ita quos ad id propenſos viderint, admonere debebunt, vt non crebrius, quàm octauo quoque die accedant; præſertim ſi matrimonio ſint coniuncti.

23 Admoneāt eos qui ſibi confitentur, à dominica Palmarum ad dominicam in Albis, incluſiuè, eo tempore debere ſemel in ſua Parochia cōmunicare: niſi forte aduenæ ſint, aut exempti, aut licentiam alioqui à ſuo Parocho habeant.

24 Si quis ad inuādos eos uocatur, qui morti uicini ſunt, tantiſper illis adſit, dum neceße eſſe iudicauerit; ſe tamen reuerti paratum eſſe dicet, ſi fuerit opus.

LAVS DEO.

OFFICIVM EXAMINATORIS

1 *Vt bene fungatur officio ſuo, exequatur ea, quæ in Exam: et in parte prima Conſt: & Declarationũ continentur: memor inprimis quòd maiorem habere rationẽ communis boni Societatis ad gloriã Dei debet, quàm peculiaris eius, qui admitti petit.*

2 *Cũ aliquis iuſſu Superioris examinandus eſt, primus ipſe eum alloquatur, deinde mittat ad alios ad huiuſmodi examinationem deſignatos.*

3 *Si tamen ei videtur omnino ineptus ad inſtitutum Societatis is, qui admitti deſiderat, ne mittat ad alios. Satis enim erit, ſi Superiori ipſe ſignificet, quid ſentiat: et accepta ab eodem Superiore facultate, verbis humanis illum dimittat, bono conſilio & exhortatione inſtructum.*

4 *Poſtquàm omnes deſignati eum allocuti fuerint, curet Eexaminator, vt oẽs ſimul Superiorem adeant, et ſyncerè referant, quid ſibi uideatur: ut Superior quid facto opus ſit, conſtituat.*

Breue examen ijs primò proponendum, qui in Societatem admitti petunt.

1 *Vt tam vocatio, quàm naturalia, & reliqua Dei dona melius obſeruari poſſint, dicatur ei, qui admitti*

tti

tti in Societatẽ deſiderat, ut explicet ipſe animi ſui
propoſitum, quidq́. ipſum mouerit ad religioſum
inſtitutum, & peculiariter noſtrum amplectẽdũ.
2 *A quo tempore talem inſpiratioem ſenſerĩt, aut de*
liberauerit Societatem in gredi.
3 *Petatur de patria, parentibus, et eorum conditione,*
& an ipſius opera indigeant.
4 *An neceſſitatem ipſe aliquam patiatur, vel peri-*
culum timeat.
5 *De impedimentis eſſentialibus, et alijs ſecundarijs*
ſecretioribus, vt ære alieno, &c. quæ ruborem
poſſent incutere ſolus ipſe Examinator, cui hoc pri
mò ex officio incumbit, interroget : ita tamen, vt
non intelligat, qui examinatur, ea eſſe impedimẽta,
ne verum occultandi, occaſionem habeat.
6 *Si litteris præditus eſt, de ſtudijs interrogetur, &*
vbi eis operam dederit: ingenij autem iudicijq́. ſpe-
cimen ex ſermone, & cæteris captari poterit.
7 *Explicabitur ei finis Societatis; et de animi prom-*
ptitudine ad Deo ſeruiendum in re quauis, iuxta
Superiorum voluntatem, interrogetur.
8 *Si Coadiutor eſt futurus, de ætate, uiribuſq́. petatur*
et obſeruetur, an ad virtutem, ac deuotionem pro-
penſus ſit; & an humili ſorte Marthæ contentus
ſit

ſit futurus; & an aliquod artificium nouerit. de his tamen plura uel pauciora ante ingreſſum in domum petatur, iuxta perſonarum qualitatem; vt in Examine, & prima parte Conſt: continetur.

Quæ ſeruanda ſunt in prima Probatione.

1 *Qui primæ Probationis curam habet, meminerit ea obſeruare omnia, quæ continentur quarto capite primæ partis Conſtit.*

2 *Ne locus otio eſſe poſſit, lectione alicuius pij libelli iuuandus erit, qui in prima Probatione verſatur.*

3 *Examinetur maiori examine: quo abſoluto & conſiderato ſimul cum litteris Apoſtolicis, & ea parte Conſt: quæ incipit; Summa ſapientia; & regulis communibus, et facta confeſſione generali, ij, qui litteras didicerunt, ſuas lectiones faciant, & exhortationem coram ijs, qui diſignati fuerint ad eum audiendum.*

4 *Peracta prima probatione, ſi Superiori viſum erit, eum domi retinere, curet in libro ad hoc deſignato ſcribi diem, menſem, & annum huius ingreſſus: et in eodem conſtet de nomine, patria, & c. ipſe verò ſe omnia uelle obſeruare, quæ ĩ Examine propoſita ſunt, ſubſcribet.*

LAVS DEO

REGVLÆ PRÆFECTI Refectorij.

1 Curet Refectorium, et quæ eius uſibus ſeruiunt, oĩa eſſe quàm mundiſsima.

2 Ne aqua manibus abluendis, aut mantilia extergendis deſint, aduertat. Hæc autem (quæ bis ſaltem in hebdomada mutabuntur) Sacerdotibus à Laicis diſtincta eſſe debent.

3 Mappæ ſingulis ſaltē hebdomadis ſemel, mantilia verò quæ ſingulis ſingula ſeruient, bis, munda apponentur. Omnia autem lintea numeratò & accipiat, & reddat.

4 Curet, ne uaſa & cætera in Refectorio neceſſaria deſint & vt quàm maximè munda ſint: cultellos autem frequenter acuere faciat.

5 Paruam menſam paratam habeat.

6 Signum campana temporibus ſuis dabit ad conueniendum ad primam & ſecundam menſam: ſed ante primũ pulſum, à Coquo intelligat, an ſint oĩa parata.

7 Menſæ cum rebus neceſſarijs paratæ eſſe debent, cùm primo campana pulſabitur. Quæ autem ad potum pertinent, circa ſecundum ſignũ apponãtur:

&

ordinem exequatur: eo verò ĩconſulto nihil cuiquã dabit.

5 *V bi linei panni à noſtris commodè lauari non poterunt, lotori externo ſcripto numero dentur, et ab eo recipiantur.*

6 *Subuculæ ſingulorum, ſignis particularibus internoſcantur; & linea capitũ velamina vniuſcuiuſq. ſuis ſubuculis alligentur, ne permiſceri contingat. Subuculæ uerò, induentiũ ſtaturæ conuenire debẽt.*

7 *Panni linei oẽs, quos utendos Refectorij Præfecto. Coquo, aut alijs miniſtris diuidet, numerato det, et recipiat.*

8 *Sabbati veſpere, linea munda per omnia cubicula diſtribuet, Dominica uerò mane ex ijsdem cubiculis immunda colliget; et, an omnia, quæ dederat, recipiat, animaduertat.*

9 *Verno tempore, pro lectis linteamina munda decimo quinto quoque die, hyeme uerò poſt tres hebdomadas diſtribuat, ubi id fieri poterit.*

LAVS DEO

1 Cum quis in morbū incidit, à Superiore intelligat, num ſtatim medicus vocandus ſit: & quoties ille ægrotos inuiſet, præſens ipſe cum eo ſit.

2 Studeat, vt quæ ægrotanti danda ſunt, & opportunè emantur, & bona, ſint, ac bene præparata miniſtrentur.

3 Vbi videret ægrorum cubicula ſalubria non eſſe, ſuperiorem admoneat; & curet, vt ſint valde munda; lecti etiam cōcinnè ſternantur, herbis etiā aut rebus alijs decumbentes oblectet.

4 Aegrum conſolari & exhilarare ſtudeat, non ſolùm rebus per medicum probatis, ſed verbis etiam ſpiritualibus, et lætis. Intelligat etiam ab ægrotis, quorum viſitatione magis delectentur; vt eos approbante ſuperiore, ad illos accerſat. cauere tamen diligēter debet, ne dū īfirmo placere ſtudet, aliquid fieri permittat, quod ei nocere vlla ratione poßit.

5 Cuncta, quæ ægrotantium vſui neceßaria ſunt, habere ipſe debet, & cuſtodire.

6 Nihil omnino eorum, quæ à medico præſcribētur, prætermittat, aut mutet. Ordinem etiam obſer-

uet temporum præfixorum, quibus prandium, cœnam, ſyrupum, cæteraſque medicinas det: omnia ſcripto excipiens, quæ circa hæc medicus iuſſerit.

7 *Et animaduertere et meminiſſe debet quo die quis cœperit ægrotare, & qua hora febres ægrum aut corripiant, aut deſerant; tum, vt medicũ, et ſuperiorem admoneat, tum, vt cibũ tempeſtiuè præbeat.*

8 *Conualeſcentes è lecto ſurgere non permittet priuſquàm id medicus conceſſerit: et videat, vt ea cõualeſcentibus præbeantur, quæ medicus præſcripſerit, donec ſuperiori ſecus viſum fuerit.*

9 *Cum grauitas morbi, aut ægrotantis vtilitas id poſtulat, ſuperiorem certiorem reddat, vt Sacramẽta, et c. tempeſtiuè ei cõferantur: & ſi alio medico opus ſit, prouideatur.*

10 *Ingraueſcente morbo ſuperiorem admoneat, vt orationibus infirmum iuuari faciat, eò magis, quò morti propinquiorem videret; et vt aliqui morienti adſint, à quibus in Domino iuuetur.*

11 *Vt eorum cadauera, qui ad meliorem vitam migrarint, ad ſepulturam, conſueto rigionis more, præparentur, prouideat.*

12 *Superiori dicat, quinam domi parum firma valetudine ſint, vt eorum neceſſitati conſulatur.*

In

83 *In ſūma, quæ ad corporum ſanitatem faciunt, curare ipſe debet; niſi aliū Procuratorem ſanitatis Superior cōſtituerit. Quocirca ſi in cibis, aëre, frigore, æſtu, exercitio, aut alia quapiam in re, ægritudinis cauſam animaduerteret, Superiori, vt prouideat, ſignificabit.*

LAVS DEO.

1 Quæ de diſciplina religioſa in Regulis & inſtituto noſtro ſeruanda, omnibus propoſita ſunt, ea ſacerdotes pro ratione ſui gradus, ſibi præcipuè dicta exiſtiment, et obſeruent. Quibus uerò ex obedientia confeſſiones audiendi ſanctũ munus cõmittitur, multũ ad id affici ſtudeant, et tanquã noſtri inſtituti ualde proprium magnifaciant.

2 Diuinum officium quiſque nitatur attentè, deuotè, et opportuno tempore recitare.

3 Cæremonias miſſæ, exactè unuſquiſq; obſeruet; et ita uiuere ſtudeat, ut quotide meritò celebrare poſſit. In celebratione uerò pronunciationem, et omnem aliam exteriorem actionem ita moderetur, ut non minus alienæ ædificationi, quàm propriæ deuotioni ſeruiat; et ideo ſemi horæ ſpatiũ nec multũ ĩ ſacro faciẽdo excedat, nec etiã deficiat.

4 Qui in ſũmo altari ſacra facturi ſunt, ſimulatq; cãpanæ ſe uocantis audierint pulſum, ad ueſtes ſacerdotales iuduendas, ſe conferant: ut in tempore exire ex ſacriſtia poſſint.

5 Modũ ea ſacramenta miniſtrandi, quæ Sacerdotes noſtræ Societatis exercere poſſunt, perſpectũ oẽs habeãt, in ijsq; uniformes ſint, quantũ regionũ uarietas patietur.

6 Nemo, niſi à Superiore deputatus, ad confeſſiones audiendas accedat; & ſimul intelligat, quam facultatem ad hoc munus ab eo habeat; et in caſibus conſcientiæ oẽs

confeſſarij

confeſſarij ſe exerceant.

7 Confeſſarij inter ſe ipſos, et in modo procedēdi cū pœnitentibus, conformes eſſe curent; et, quantum res tulerit, ita aliorū confeſſariorū exiſtimationi unuſquiſq. conſulat, ut oēs intelligāt, mutuo charitatis et uniformis doctrinæ uinculo, Societatis confeſſarios, in chriſto eſſe colligatos.

8 Abſoluendi ab excōmunicatione, et alijs cenſuris et peccatis, eandem formam et rationem omnes ſequantur.

9 Cōfeſſarij ita audiant pænitentes, ut mutuū aſpectū fugiant: ſic enī attentius et liberius audiēt; quòd ſi locus hoc nō præſtiterit, manus interpoſita inter faciē propriā et confitentem (qui ad latus eſſe debet) hoc præſtabit.

10 In audiendis cōfeſſionibus (fœminarum præſertim) ſeueros pòtius ſe, quàm nimiū familiares exhibeāt; moderatè tamen, cū tempus, et res id exigent; ſed in uniuerſum paterna quædam, & ſpiritualis grauitas in eis eluceat.

11 Eos, qui crebrius confitentur, maximè fœminas, celeriter expediant; nec de rebus ad confeſſionem non pertinentibus ī confeſſione loquantur: extra cōfeſſionem uerò neq. nimiam familiaritatem illis oſtendāt, neq. cum oportuerit eas alloqui, longum ſermonem miſceant; oculos autem modeſtè demiſſos habeant.

12 Si quis uni confiteri ſolitus, alium confeſſarium adeundi facultatem ab eo petierit, eā benignè concedat.

13 Si quis ſenſerit alicuius perſonæ erga ſe inordinatum affectum, eam ſeuerè excipiat, & celeriter expediat.

Quòd

Quòd ſi hæc ad illum moderandum non ſufficiant, ad aliũ confeſſarium, cum dexteritate mittat.

14 Qui à Superiore mittetur ad confeſſiones fœminarũ audiendas, uel alia de cauſa eas adierit, ſocium eum aſſumet, quem ſuperior ipſi deſignauerit; qui quidem, quàmdiu cum fœminis ſacerdos loquetur, eo in loco erit, vnde uidere eos, ſed non, quæ ſecreta eſſe oportet, audire poſſit, quantum per loci diſpoſitionem fieri poterit.

15 Particularẽ perſonarũ, et præſertim fœminarũ, curã nemo ſuſcipiat; et quamuis pro confeſſarij munere, in uita ſpirituali eas inſtituat, nullius tamẽ obedientiã admittat.

16 Vt ſanitatis etiã ratio ad Dei gloriã habeatur, cõfeſsiones mane ad horam uſque prandij tantum audiant, ita vt cum ſignũ primæ menſæ auditur, ſtudeant ſe ita accõmodare, ut ad ſecundam plus minusue accedant, niſi fortè neceſsitas aliud exigat.

17 Vocati ad eccleſiã ad confesſiones audiendas, ſtatĩ cum animi alacritate eò ſe conferant: et quãdo frequentiores futuræ ſunt confeſsiones, tempeſtiuè ab alijs occupationibus ſe expediant.

18 In templo confeſsiones, dum concio fit, vel ſacra lectio, nemo audiat.

19 Quamuis uota ad perfectionis ſtatum pertinẽtia, vt ſancta laudari debent, & circa ea confeſſarij conſiliũ non leuiter, ſed magna cum conſideratione dare poſsint: quia tamen non humanam ſed diuinam uocationem requirunt,

nemo ad ea emittenda quenquam inducat; licebit tamē ad orationem hortari, vt à Deo adiuti uocationem ſuam melius intelligant, & exequantur.

20 Si quos uiderint ad religionē propenſos, non facilè ad unā potius, q̄; ad aliā, ad hoc, quàm ad illud monaſterium inuitent; ſed liberā illis ſuam electionē relinquant: poterūt tamē petentibus conſiliū, eas Religiones, uel monaſteria proponere, quæ illis magis cōmoda in domino iudicauerīt

21 Nullus eis, quorum audit confeſſiones, certum veſtimenti genus, hunc aut illum habitum, vel colorem, præſcribat: quāuis omnes ad honeſtum, et ſuo ſtatui conuenientem ueſtitum hortari posſint.

22 Vt pium est, ad frequenter cōmunicandum fideles exhortari, ita quos ad id propenſos viderint, admonere debebunt, vt non crebrius, quàm octauo quoque die accedant; præſertim ſi matrimonio ſint coniuncti.

23 Admoneāt eos qui ſibi confitentur, à dominica Palmarum ad dominicam in Albis, incluſiuè, eo tempore debere ſemel in ſua Parochia cōmunicare: niſi forte aduenæ ſint, aut exempti, aut licentiam alioqui à ſuo Parocho habeant.

24 Si quis ad inuādos eos uocatur, qui morti uicini ſunt, tantiſper illis adſit, dum neceſſe eſſe iudicauerit; ſe tamen reuerti paratum eſſe dicet, ſi fuerit opus.

LAVS DEO.

1 Vt bene fungatur officio ſuo, exequatur ea, quæ in Exam: et in parte prima Conſt: & Declarationũ continentur: memor inprimis quòd maiorem habere rationẽ communis boni Societatis ad gloriã Dei debet, quàm peculiaris eius, qui admitti petit.

2 Cũ aliquis iuſſu Superioris examinandus eſt, primus ipſe eum alloquatur, deinde mittat ad alios ad huiuſmodi examinationem deſignatos.

3 Si tamen ei videtur omnino ineptus ad inſtitutum Societatis is, qui admitti deſiderat, ne mittat ad alios. Satis enim erit, ſi Superiori ipſe ſignificet, quid ſentiat: et accepta ab eodem Superiore facultate, verbis humanis illum dimittat, bono conſilio & exhortatione inſtructum.

4 Poſtquàm omnes deſignati eum allocuti fuerint, curet Eexaminator, vt oẽs ſimul Superiorem adeant, et ſyncerè referant, quid ſibi uideatur: ut Superior quid facto opus ſit, conſtituat.

Breue examen ijs primò proponendum, qui in Societatem admitti petunt.

1 Vt tam vocatio, quàm naturalia, & reliqua Dei dona melius obſeruari poſſint, dicatur ei, qui admi-

tti

tti in Societatē deſiderat, ut explicet ipſe animi ſui propoſitum, quidq́. ipſum mouerit ad religioſum inſtitutum, & peculiariter noſtrum amplectendū.

2 *A quo tempore talem inſpiratioem ſenſerit, aut deliberauerit Societatem ingredi.*

3 *Petatur de patria, parentibus, et eorum conditione, & an ipſius opera indigeant.*

4 *An neceſſitatem ipſe aliquam patiatur, vel periculum timeat.*

5 *De impedimentis eſſentialibus, et alijs ſecundarijs ſecretioribus, vt ære alieno, &c. quæ ruborem poſſent incutere ſolus ipſe Examinator, cui hoc primò ex officio incumbit, interroget: ita tamen, vt non intelligat, qui examinatur, ea eſſe impedimēta, ne verum occultandi, occaſionem habeat.*

6 *Si litteris præditus eſt, de ſtudijs interrogetur, & vbi eis operam dederit: ingenij autem iudicijq́. ſpecimen ex ſermone, & cæteris captari poterit.*

7 *Explicabitur ei finis Societatis; et de animi promptitudine ad Deo ſeruiendum in re quauis, iuxta Superiorum voluntatem, interrogetur.*

8 *Si Coadiutor eſt futurus, de ætate, uiribuſq́. petatur et obſeruetur, an ad virtutem, ac deuotionem propenſus ſit; & an humili ſorte Marthæ contentus*

ſit

ſit futurus; & an aliquod artificium nouerit. de his tamen plura uel pauciora ante ingreſſum in domum petatur, iuxta perſonarum qualitatem; vt in Examine, & prima parte Conſt: continetur.

Quæ ſeruanda ſunt in prima Probatione.

1 *Qui primæ Probationis curam habet, meminerit ea obſeruare omnia, quæ continentur quarto capite primæ partis Conſtit.*

2 *Ne locus otio eſſe poſſit, lectione alicuius pij libelli iuuandus erit, qui in prima Probatione verſatur.*

3 *Examinetur maiori examine: quo abſoluto & conſiderato ſimul cum litteris Apoſtolicis, & ea parte Conſt: quæ incipit; Summa ſapientia; & regulis communibus, et facta confeſſione generali, ij, qui litteras didicerunt, ſuas lectiones faciant, & exhortationem coram ijs, qui diſignati fuerint ad eum audiendum.*

4 *Peracta prima probatione, ſi Superiori viſum erit, eum domi retinere, curet in libro ad hoc deſignato ſcribi diem, menſem, & annum huius ingreſſus: et in eodem conſtet de nomine, patria, & c. ipſe verò ſe omnia uelle obſeruare, quæ ĩ Examine propoſita ſunt, ſubſcribet.*

LAVS DEO

REGVLÆ PRÆFECTI Refectorij.

1 Curet Refectorium, et quæ eius uſibus ſeruiunt, oĩa eſſe quàm mundiſſima.

2 Ne aqua manibus abluendis, aut mantilia extergendis deſint, aduertat. Hæc autem (quæ bis ſaltem in hebdomada mutabuntur) Sacerdotibus à Laicis diſtincta eſſe debent.

3 Mappæ ſingulis ſaltē hebdomadis ſemel, mantilia verò quæ ſingulis ſingula ſeruient, bis, munda apponentur. Omnia autem lintea numeratò & accipiat, & reddat.

4 Curet, ne uaſa & cætera in Refectorio neceſſaria deſint & vt quàm maximè munda ſint: cultellos autem frequenter acuere faciat.

5 Paruam menſam paratam habeat.

6 Signum campana temporibus ſuis dabit ad conueniendum ad primam & ſecundam menſam: ſed ante primũ pulſum, à Coquo intelligat, an ſint oĩa parata.

7 Menſæ cum rebus neceſſarijs paratæ eſſe debent, cùm primo campana pulſabitur. Quæ autem ad potum pertinent, circa ſecundum ſignũ apponãtur:

&

& pocula ſupra orbes collocentur.

8 Sit certus locus ijs, qui curæ infirmarij ſubſunt: quibus nihil, niſi quod ab eo præſcriptum erit, apponat. ſeruet autem cum omnibus æqualitatē; niſi ſecus neceſſitatis cauſa, eſſet à Superiorē monitus, abſque cuius arbitrio neq. ientaculum, neq. quidpiā vlli concedet.

9 Priuſquàm è menſa ſurgatur, apponat orbes, vt quiſque locum ſuum mundet. Quamprimùm verò ſecundam præparatam habuerit, ſignū campana dabit. Ipse etiam prouideat ne qui miniſtrare debent in menſis, deſint.

10 Quæ ex mēſis ſuperſunt, colliget, illique tradet, ad quem id ex officio pertinet, ſiue cocus is, ſiue diſpē ſator ſit.

11 Nomina eorum, qui domi, tā in Refectorio, quàm extra veſcuntur, in tabella ſint, & eos, qui cibum cepere, notabit; vt intelligat, quinam ſuperſint. & cocū, qui portiones diſtribuit, commonefaciat.

12 Menſis expeditis mappas plicabit, verretque Refectorium. Siquid in aliquo inter comedendum, minus modeſtum notarit, ſuperiorem monebit.

13 Sabbati veſpere Miniſtrum roget, quinam in prima & ſecunda menſa, ſequenti hebdomada tum miniſtraturi, tum lectores futuri ſint; eoſque faciat certiores.

Catalogum

Catalogũ rerum omniũ, quæ Refectorioſe ruiunt, habeat, vt, cũ ratio ab eo requiretur, ĩ promptu ſit. Locus autem deſignatus eſſe debet, in quo res illæ, vt oportet, cuſtodiantur.

LAVS DEO

1 *In rebus diſtribuendis, præſcriptum Superioris ſequatur: debet autem inter omnes æqualitatem ſeruare: habita tamen infirmorum ratione, vt ei fuerit præceptum.*

2 *Vinum in menſa ponendum, aqua temperabit, vbi & quantum Superiori videbitur.*

3 *Curam habeat conſeruandi res ad uictũ neceſſarias, quæ ipſi committentur; clauſaſque cuſtodiet, aduertens ne corrumpantur. Quòd ſi periculum eſſet ne corrũpantur, Superiorem admoneat. Vt autem hæc melius obſeruet, viſitet ſæpe penum, & alia loca, vbi talia reconduntur.*

4 *Tam penum, quàm reliqua omnia, quæ in eo ſunt, vt munda ſint, ſtudeat.*

5 *Ante quàm penitus abſumantur cibi, qui domi reconduntur; Superiorem admoneat, vt alij coemi tempeſtiuè poßint.*

6 *In cella uinaria concinnari curet dolia, et purgari, cum opus eſt, ad nouum vinum infundendum: cuius rei cùm tempus impendet, Superiorem admonebit.*

LAVS DEO

REGVLÆ EMPTORIS

1 Diligens ſit in emẽdis ijs, quæ ad quotidianum uſũ ſunt portanda, Superioris arbitrio: eaq́. tempeſtiuè diſpenſatori tradet. Emat autem res bonas, & quàm commodiſſimo pretio poterit, licet longius ſint petendæ.

2 Adnotet pecuniæ ſummam, quam à Procuratore in dies accipiet, & res, in quibus eam expendit; vt rationem ei reddat dati & accepti quotidie. à miniſtroq́. intelliget, quid ſequenti die ſit ẽpturus.

LAVS DEO

1 *Nomina omnium domeſticorum prope portam domus in tabella ſcripta ſint; vbi notis quibuſdam illi deſignabuntur, qui egredientur. Neminē verò foras exire permittat, qui facultatem à Superiore, generalem aut particularem non habeat. Et ab ijs, qui egrediuntur, quò eant, intelligat.*

2 *Nihil cuiquam nuntiabit intempeſtiuè, vt cùm in menſa ſedetur: niſi, aut res eſſet neceſſaria, aut perſonæ mittentis conditio aliud exigeret.*

3 *Litteras omnes & ſchedulas, quæ domeſticis mittuntur, Superiori tradet: ij verò, ad quos dabantur, eas eſſe acceptas, ne intelligant. Caueat etiam, ne alicuius domeſtici litteras, aut quid ſimile externis det iniuſſu Superioris.*

4 *Cum aliqui ex Societate peregrè veniunt, ianuam ingreßis dicat, vt illic expectent, dum Superior, eorum aduentus ſit certior.*

5 *Feſtinet ad ianuam cùm tintinnabulum pulſari audit: & cùm res patietur, per feneſtellam uenientes expediat, porta non aperta.*

6 *Talem cum omnibus cōuerſandi modum teneat, vt diſcretione, modeſtia, & ſpiritualibus uerbis, ſingulos*

gulos

gulos ædificatos, et cõtentos à ſe dimittere ſtudeat.

7 Cùm externi aliquem ex noſtris alloqui volent, Superiorem adibit: qui ſi ad id facultatem dederit, diligenter eum, qui petitur quæret, & ad locum colloquijs deſtinatum, eos remittet.

8 Si quando Prælati, aut Magnates domum intrauint, curet, ſi cõmodè poßit, vt ſacerdos aliquis eos comitetur, dum Superiorem ipſe accerſit.

9 Cũ pauperes eleemosynæ cauſa ad ianuã accedunt, benignè reſpondeat, & ſedulò quærat quidnam eis erogari poßit, iuxta Superioris arbitrium; idque illis cum charitate diſtribuat.

10 Mulieres, ſiquando ad oſtium accedent, paucis verbis dimittat; aut, ſi pluribus opus eſſe uideret, in Eccleſiam eas mittat ad æditum, vbi reſponderi ipſis poterit.

11 Obſerata ſemper ianua ſit; clauis verò ne in porta relinquatur, locaque portæ vicina ut munda ſint, curet: & vt iuxta ianuam omnes ſubmiſſa voce loquantur.

12 Portas domus ante noctem claudet, exinde verò eas nullius cauſa aperiet, niſi expreſſa Superioris licentia, & antequàm cubitum eat, claues Superiori tradens, ſi quis foris maneat, illi renuntiabit.

nihil

13 *Nihil cuſtodiendum à quoquam externo recipiat, abſque Superioris iuſſu.*

14 *Quoties medicus domum ingredietur, Miniſtrum admonebit.*

15 *In Collegijs, in quibus ſcholæ externis aperiuntur, meminerit ſignũ tintinnabulo dare lectionum initio atque fini, & Gymnaſia aperire ac claudere ſtatis temporibus.*

LAVS DEO

REGVLAE COQVI

1 *Munditiam curet in omnibus, quæ ad ſuum pertinent miniſterium, & det operam, ut omnia rectè parentur. Carnes verò, piſces, aut alia, quæ ad menſam portanda ſunt, dum ſecat & diſtribuit, digitis ipſe minime contrectet, ſed furcicula, aut cultello ad hanc rem vtatur.*

2 *Semihora, aut ſaltem quarta horæ parte ante quā in menſa ſit ſedendum, præparati cibi omnes eſſe debent.*

3 *Circa qualitatem, et quantitatem portionum, ordinem à Superiore datum ſequetur.*

4 *Coquere, aut aliud quippiā pro aliquo particulari parare, neminem ſinet, neque ipſe faciet, ſine Superioris facultate; infirmario tantùm excepto.*

5 *Scriptum in codice habeat, rerum omnium utenſilium, quas in coquina ſeruat, catalogum.*

6 *Diligenter aduertat ne plura, quàm neceſſaria sūt, ligna comburantur. Hanc ſimiliter diligentiam ĩ rebus, quas expendit, adhibebit, ne quid nō neceſſarium inſumatur, vt religioſam paupertatem decet.*

7 *Reliquias, quæ de menſa tolluntur, eique tradūtur,*

conſeruabit

conſeruabit, memor paupertatis, ut & domeſticis, & externis pauperibus vſui eſſe poßint.

Si quem haberet adiutorem, curet ut eum verbo et exemplo ſuo ædificet, præſertim nouitios.

LAVS DEO

Bibliothecæ.

1 Indicem librorum prohibitorum, in Bibliotheca habeat, ne fortè vllus ex eis inter noſtros ſit.

2 Libri omnes eo ordine in Bibliotheca collocentur, vt ſingulis facultatibus ſuus certus locus cum titulo ſit.

3 Singuli libri titulis exterius inſcribantur, vt facile cognoſci poſſint.

4 Omniũ librorũ, qui domi ſunt, catalogũ habeat; diuerſarum facultatum auctoribus, ordine alphabetico, in diuerſas claſſes diſtributis.

5 In alio catalogo, diuiſis etiam per claſſes facultatibus, ij libri ſcribãtur, qui in noſtrorum uſũ extra Bibliothecam conceſſi ſunt: qui verò intra dies octo reſtituendi extrahuntur, in tabella, in hunc uſum parieti appenſa, notentur: quibus redditis, quod fuerat inſcriptum, deleatur.

6 Nullum librũ ex Bibliotheca cuipiam dabit, ſine Superioris licentia, ſpeciali aut generali. Et aduertat ne quis liber etiam cum licentia, ſe inſcio accipiatur.

¶ *Curet, ut Bibliotheca valde munda & compoſita ſit: quam frequenter verret, & ex libris puluerē excutiet. Cauere etiam debet, ne libri humiditate, aut alia re quapiam lædantur.*

LAVS DEO

1 Quarta aut media horæ parte ante cæteros cubitũ eat; eodemque temporis interuallo, ante alios mane ſurget: & hora conſtituta campanam pulſabit; ſtatimque excitabit, ad omnia cubicula lumen deferens.

2 Quarta horæ parte ab excitatione elapſa, cubicula rurſum inuiſet: & ſi quos, qui nondũ ſurrexerint, reperterit, ſuperiori nuntiabit.

3 Poſt aliam quartam horæ, ad orationem pulſabit, ita vt ab excitatione ad orationis vſque initium, ſemihora intercedat. Abſoluto verò tempore orationi deputato, finis ſignum dabit.

4 Meminerit Superiorem monere, ſi quem uideret, communem illam regulam minus obſeruantẽ, qua omnes decenter cooperti dormire iubentur.

LAVS DEO

1 Litanias quotidie ſimul omnes in itinere dicent, nec conſcientiæ examẽ et orationem prætermittẽt, quæ etiam inter ambulandum fieri poterit. ſtudeant item, itineris moleſtiam colloquijs religioſis leuare.

2 Qui maioribus pollent ad uiã peragendam uiribus, eos, qui ſunt infirmiores, ſubſequi, et non præcedere debent: & diurna itinera horum debilium infirmitati commenſurentur. Quòd ſiquis viribus deſtitueretur, aut iumento, aut alia ratione iuuari debet: qua in re non qualitatis perſonarum, ſed neceſſitatis, et charitatis fraternæ ratio eſt habenda.

3 Siquis verò in morbum incideret, ita, vt ulterius progredi non poſſet, nec expediret reliquos ibi moram trahere, ſi vicinum eſſet aliquod Collegium, eò eſſet æger (ſi morbus pateretur) deducendus; alioqui aliquis ex noſtris illi erit ſocius relinquẽdus, vt conſolationi ei ſit, & auxilio: ægro autem viribus reſtituto, cæptum iter ambo proſequentur.

4 Si in via ab honeſto, & pio amico inuitarentur, poſſet qui præeſt, hoſpitalitatis beneficium admittere. Tunc autem curare debent, verbis, & reli-

gioſe

gioſo exemplo hoſpites ædificatos in Domino relinquere.

5 *Eiuſdem ædificationis et exempli in omnibus hoſpitijs meminiſſe debent: ſobrietatis in menſa, & modeſtiæ in conuerſatione nunquã obliuiſcantur. Si quos uerò Superior idoneos eſſe iudicaret, ad loquendum cum fructu de rebus ſpiritualibus, hoc illi habita ratione temporis, loci, ac perſonarum, præſtabunt.*

6 *Curet, qui alijs præeſt, ut omnes in eadem hoſpitij parte ſimul ſint: quò magis ipſe eis poßit proſpicere: & ita eos diſtribuat, vt alter ab altero in Domino iuuari poßit.*

7 *Cum in itinere ad Collegia Societatis diuertent, ſtudeant omnes bonum ædificationis odorem exẽplo ſuæ conuerſationis his, qui in Collegijs ſunt, relinquere.*

LAVS DEO

INSTRVCTIO AD MITTENDOS peregrinos, pro Superioribus.

1 *Decretū illud ſecundæ Congregationis ſeruari cōuenit, vt per Superiorum prudentiam curetur, ne ſine cauſa alicuius momenti, nec cum detrimento eorum, à quibus aliqui remouentur, mutationes fiant. Cùm autem peregrè erit aliquibus proficiſcendum, qui eos mittit, aliquem, cui maximè cōfidet, præficiet, cui toto itineris tempore, cæteri tāquam Superiori, in omnibus obediant.*

2 *Prudentiæ Prouincialium cum conſilio Conſultorum committitur, vt animaduertant, qua ratione honeſtè ac decenter noſtri ad iter faciendum mittātur; habita ratione regionis, temporis, perſonarū, & negotiorum, quorum cauſa iter ſuſceptum eſt. Illud interim animaduertant, ne aut rerum neceſſariarum penuria, ſupra vires fatigentur, aut earundem abundantia, humilitatis, & paupertatis noſtri inſtituti obliuiſcantur.*

3 *Profecturi ad alia loca, ea, quam ſottanam uocant, & alijs interioribus indumentis, quibus vtuntur, priuari non debent: niſi fortè charitas ſuaderet, melioribus eſſe commutanda. Pallium etiam eis relinquatur,*

relinquatur, vbi noſtri eo pro penula vti in itinere conſueuerunt. vbi autem penula vtentur, pallium non deferant.

4 *Expenſas verò itinerũ ſoluere, eius erit Prouinciæ aut Collegij, in cuius bonum & vtilitatem cedit illa peregrinatio: quod arbitrio Prouincialium, et Conſultorum diiudicandum relinquitur.*

LAVS DEO.

REGVLAE NOCTV CVBICVLA viſitantis.

1. Hora à Superiore præſcripta, noctu ad conſciẽtiæ examen pulſabit. Similiter etiam debito tempore ad cubandum ſignum dabit.
2. Elapſa quarta horæ parte à cubandi ſigno ſingula adibit cubicula & an omnes ad lectũ ſe receperint, & lucernas extinxerint, videat: nunciabitque Superiori, ſi quos inuenerit extra lectum, & lucernas extinguet.

LAVS DEO

REGVLÆ PRÆFECTI Eccleſiæ.

1 Curet, ut æditũus regulas ſuas obſeruet, quas præfectus ipſe apud ſe etiam habebit.

2 Præbeat illi catalogum ſingulis diebus ſabbati, quo dies feſti ac ieiuniorum proximæ hebdomadæ contineantur; ut eũ ĩ Refectorio recitet ĩ cæna Dominicæ ſequẽtis.

3 Singulis diebus ſabbati ueſperi, in ſacriſtia ſcripto proponat, quemadmodum quotidie ſacra ſint facienda ſequenti habdomada.

4 Scribet etiam die ſabbati, quo quiſque ordine rem diuinam per hebdomadã facturus ſit; et ſcriptum eodem diæ in ſacriſtia affigat.

5 Curam gerat miſſarum & orationum, quæ pro defunctis ſocietatis, & pro fundatoribus, & benefactoribus fieri debent: & cum Superior orationem aut ſacra applicari, ad finem aliquẽ iubebit, curabit ſcribi in ſchedula, quã ĩ ſacriſtia affiget. et librũ habeat, ubi mandata Superiorũ de his rebus ſcribantur, ne obliuiſci cõtingat: & cum fuerint adimpleta, deleantur.

6 Si quando externi ſacra aliqua fieri poſtulent, ſe Superiorẽ conſulturũ reſpondeat; niſi eius animum perſpectum iam haberet.

7 Si quis externus ſacerdos, cũ Superioris facultate, celebrare velit in templo noſtro, intelligat an à ſuo Ordi-

nario legitimam etiam habeat facultatem.

8 *Curet, vt omnes ſacerdotes Regulas ſuas obſeruent; & vt barbam & coronam decenter tonſam habeant.*

9 *Aduertat, ne uiri in templo, mulierũ locũ occupent; neue ex aduerſo earum (quantũ fieri poterit) maneant.*

10 *Per ſe vel per alium à Superiore deſignatũ, promouendos ad ſacerdotiũ inſtrui curet, & aliunde veniẽtes ſacerdotes (ſacro eorum priuatim audito) videat, vt ad Romanæ eccleſiæ ritum, quantum diuerſitas Regionum feret, ſe accommodent. et aduertat, ne cõfeſsiones audiant, niſi ſint legitime approbati.*

11 *Animaduertat, ne vllæ pro ſacris faciendis, aut confeſsionibus audiendis eleemoſynæ admittantur.*

12 *Det operam, vt ſanctiſsimi Domini noſtri Corpus, decenter in Cuſtodia corporalibus interius obducta conſeruetur; diligenter cauens, ne unquam in ea ſacramentũ deſit, habita cõmunicantium ratione: et ut ſaltem decimo quinto quoque die innouetur: et ſacris abſolutis, in tabernaculo claui obſeretur.*

13 *Reliquias Sanctorum decenter, et vti oportet, aſſeruari curet.*

14 *Cruces, calices, ornamenta, & reliqua id genus, vt par est, cuſtodiantur: et ne deſint velamina ad cooperiendos calices, et alia ad diuinũ cultũ et ornatũ neceſſaria curet.*

15 *Mutari faciat altarium, & ſacerdotũ ornamenta,*

quod

quod ad colorem attinet, habita temporum & feſtorum ratione, & Eccleſiæ conſuetudinis.

16 *Cum templum ornandum fuerit, nihil ſine facultate Superioris, ad eã rem commodatò ab externis petet: ſed det operam, vt quod acceptum fuerit, accuratè cuſtodiatur, & dominis quàm primùm reddatur.*

17 *Videat, num templum inſtauratione aliqua in parte indigeat, aut alijs ad diuinum cultum neceſſarijs: & prouideat, ſicut ipſi à Superiore fuerit præſcriptum.*

18 *Curet, vt confeſſiones veſpere decenti hora abſoluãtur, & templum in ipſo ſolis occaſu claudatur.*

19 *Superiori in memoriam redigat, vt aliquem concionibus præficiat, qui poſſit de eis iudicare: conciones autẽ & lectiones templi, horæ ſpatium ſuperare non debent. eo uerò ordine miſſæ dicantur, ne impediant, quominus cõciones tempore præfixo inchoentur.*

20 *Curet, ne deſint confeſſarij; domique maneant, qui neceſſarij in templo noſtro ſunt.*

21 *Pridie Palmarum, confeſſarios moneat, vt regulam obſeruent illam, quæ ad externos ad ſuas Parochias dimittendos, Euchariſtiæ ſumendæ gratia pertinet.*

22 *Librum habeat, in quo eleemoſynarum, quæ pro eccleſiæ uſibus dantur, & expenſarum rationes conſtent.*

23 *Videat, ut panni omnes linei lauentur, & ſeparatim corporalia, atque etiam purificatoria (quæ quatuor cruces in angulis habeant): & vtrorumque ablutio, et cine-*

res

res eorum, quæ uetuſtate conſumpta comburuntur, in ſacram piſcinam mittantur.

24 Catalogum rerum omnium Eccleſiæ mobilium cuſtodiat; in altero verò illa ſcribantur, quæ aut noua ſibi traduntur, cum die, anno, et c. aut uetuſtate cõſumuntur; vt posſit, cum exigetur, prioris catalogi rationẽ reddere. Sæpe etiam res precioſiores inſpiciet, ne aut lædantur, aut amittantur; arcis, in quibus ſeruantur, et ſacriſtiæ ianuis, bene clauſis & munitis.

25 Cum noſtrorum aliquis extremum diem obierit, curam ſuſcipiet ſepulchri, candelarum, et precum, quæ conſueto more dicuntur: rerumque cæterarum, quæ ad eam rem erunt neceßariæ.

LAVS DEO

REGVLAE PROCVRATORIS Collegiorum, & Domorum probationis.

i *In oı̃um negotiorum tractatione, perpetuò memor ſit ſuæ profeſsionis ac Societatis, quæ Dei omnipotentis gloriã quærens, profectui animarum inuigilat. Curet igitur ipſe verbo & exemplo eos omnes ædificare, quibuscum conuerſatur: atque eos ſibi beneuolos conſeruet, quorum opera ad negotia peragẽda indiget.*

ii *Procuratoris erit, prouẽtus quoſcunque Collegij, uel Domus probationis, & eleemoſynas, vbi petendas vel admittendas à Rectore intellexerit, exigere ac recipere: et ſyngraphas ſolutionis, quibus debebuntur, ipſe dabit, ſubſcriptas à Rectore, aut à ſe illius commiſsione.*

iii *Omnes Collegij prouentus, & tempora, quibus colligendi ſunt, in peculiari libro ſcribet, & ſeorſum ſummam contractuum locationum. Seorſum etiam quaſcunque res aut pecunias ex fructibus Collegij perceperit, à quibus q. et quando ea uenerint: alioq. in loco eleemoſynæ ſcribantur.*

iiii *Debita Collegij notabit, eaq. Rectori ſingulis mẽſibus indicabit: quò is domus ſtatũ exactè intelligat.*

Pecunia

v Pecunia, vndecunque ea prouenerit, in arca reponatur ad id deſignata: huius Rector clauem vnam, et ipſe procurator alteram cuſtodiat. In eadem arca liber aſſeruabitur, in quo ſcribetur pecuniæ ſumma, tam ea, quæ infertur, quàm illa, quæ effertur.

vi Quoties ex arca pecuniam accipiet, eius ſummam, et diem in libro ſuarum rationum adſcribet; et in alia parte libri, expenſi ratio conſtet.

vii Emptori pecunias ad quotidianos ſūptus miniſtrabit: à quo ſingulis diebus expenſarum exiget rationem ex codice. Summam verò in librum ſuum ipſe referet.

viii Cum toti Collegio neceſſaria prouidere ipſe debeat, iuxta Superioris ordinem, curet ut res omnes, præcipuè diu duraturæ, quàm opportunè emātur: ne alieno tempore, aut non perinde bona, aut non æquo pretio cogatur comparare. Caueat etiam, ne, dum nimium pecuniæ parcit, non bonas, aut inſalubres res emat.

ix Videat, ut quæ empta ſunt, domi conſeruentur illæſa; atque, an moderatè, et, vt oportet, expendantur, aduertens, Rectorem vel Miniſtrum admoneat, ſi quid indicandum iudicauerit.

x Aduertat, an quæ à Collegio poſſidentur, reparatione indigeant, ſeu Domus, ſeu prædia, ſeu quiduis

aliud

aliud. ſiquid autem vendendum videretur, id Procurator inconſulto Superiore ne faciat.

xi Nihil, quod ad locationes, aut contractus, aut debita facienda, aut alia alicuius momenti negotia pertineat, faciat, niſi ipſi à Superiore commiſſum ſit: ſiquid autem ex ijs, quæ iubetur, ipſi uideretur non expedire, proponat modeſtè ſuam ſententiam, & rationes, quibus mouetur.

xii Excipiet in codicem lites, ſiquæ fortè erunt, et quæ grauioris momenti circa eas fient, iuxtà ſummatim annotabit.

xiii Curet diligenter, ut rectè, ac ſolidè fiant quæ expedienda erunt. Quòd ſi periti iuris conſulendi ſint, maximè idoneos eliget: Idẽ de cæteris officialibus dictum intelligatur.

xiiii Conferat & reddat rationem eorum, quæ facit, et quo in ſtatu ſint negotia, Superiori, aut ei, qui à Superiore deſignabitur. Quòd ſi rerum difficultas extraordinarium fauorem aut diligentiam exigere videatur, eidẽ ſignificet, ut auxilia, quæ opportuna viſa erunt, petantur.

xv Diligenti cura aſſeruabit eas ſcripturas, quibus ad procuratorium munus indigebit.

xvi In libellum referet quæcunque à Superiore ipſi facienda

cienda iniungentur: ne memoria excidant, et effectu fruſtrentur.

xvii *Illud verò præcipuè ante oculos habeat, vt, anteq̃; litem aliquã intendat, res controuerſa, ſi fieri poßit, concordia aut compromißione, conſulto Superiore, cõponatur. Quòd ſiquando neceſſariò ad lites erit deſcendendum, pacem tamen ipſe ſummam interius exteriusq́ue cuſtodiat: & ſemper ad iuſtam concordiam ipſum eſſe paratum, contrariæ parti innoteſcat.*

LAVS DEO.

i Præfecto Eccleſiæ obediat in omnibus, quæ ad tē pli miniſterium pertinent.

ii Seruet modeſtiam in inceſſu, vultu, ſermoneq. tam in templo, quàm in ſacriſtia: ijs verò, qui aliquid exigunt, ſatisfacere cum ædificatione ſtudeat per ſe, vel ad Præfectum recurrendo, aut ipſos ad eum remittendo. Siquando verò neceſſe erit cum mulieribus loqui, id oculis demiſsis, et quàm breuiſsimè faciat.

iii Dum ſacris inſeruit, attentus ad ſuum miniſteriū cum deuotione, & ædificatione ſit: nec ante eum, qui celebrat, aut ad latus ex æquo, ſed aliquantò poſterius maneat; vtatur verò tono, qui congruat cum eo, quo ſacerdos vtitur. Omnia rectè proferat, nec celeriter nimium, nec nimis lentè.

iiii Curet, vt veſtimenta, quæ ſacrum facturus induitur, ſint rectè aptata: ipſumque circumquaque intueatur, antequàm è ſacriſtia exeat.

v Dum ſacra fiunt accendat vt minimum candelas duas: et, cùm ſanctiſsimum ſacramentum eleuatur, facem aut cæreum. quo tempore etiam tintinnabulū pulſet; accendat etiam facem, cùm alijs ſanctiſsimum

mum

mum ſacramentum miniſtrabitur, ipſeq́. confeßionem generalem, eorum uice recitabit.

vi Curet, vt vinū, quod in ſacrificium paratur, ſit bonum, et merum, ac mundum, eoq́ue ipſo die hauſtū, ſimiliter & aqua; & ampullæ ſint mundæ, & decenter coopertæ.

vii Hoſtias faciat, quàm fieri poterit, pulchras, eo numero, ut & mißis, & communionibus ſufficiant.

viii Ante miſſas, et cōciones, ac lectiones, pulſet campanā, prout ſibi præſcriptum erit; det etiā ſignum ſalutationis Beatæ Mariæ in aurora, in meridie, et veſperi, iuxta regionis morem.

ix Pridie, quàm ſit habenda concio, diſponat ſcamna in templo iuxta ſolitum morem.

x Det operam, vt nullo modo lumen deſit ante ſanctißimum ſacramentum, nec interdiu, nec per noctem.

xi Aduocet diligenter ſacerdotes, qui nominatī quæruntur in tēplo, ad confeßiones audiendas; quòd ſi nominatim non vocantur, eos iuxta ordinem ſibi præſcriptum accerſat.

xii Siqui Miſſas aut orationes petant, ad Præfectum, uel Superiorem illos remittat.

xiii Siquis aliquid quæreret, in quo ei à ianitore meli-

us

us ſatiſſieret, eum ad portam domus remittat.

Remittat etiam ad ianuam communem domus eos, qui per portam, qua à templo in Domum patet aditus, ingredi vellent: niſi viri eſſent eiuſmodi, vt eorum peculiaris eſſet habenda ratio, prut à Superiore fuerit inſtructus: nunquam autem porta ea aperta relinquatur.

xiiii *Curet, vt nunquam illic aqua deſit, vbi lauantur manus; & ſint lintea conuenienter munda pro Sacerdotibus, ad manus ſolas ante & poſt ſacrum extergendas.*

xv *Prouideat, vt aqua benedicta in pila non deſit.*

xvi *Siquando eleemoſynæ, miſſarum uel cõfeſſionum gratia offeruntur, eas non admittat: ſiquid in altaribus, aut alijs templi locis repererit, aut ĩ uſum templi oblatum fuerit, id Præfecto tradat.*

xvii *Templi portas mane, ſed non ante auroram, aperiat: eaſdemque veſperi circa ſolis occaſum diligenter obſeret.*

xviii *Quamdiu templũ erit apertũ, ſine cuſtode, ſi fieri poterit, nõ relinquatur: ſed ſemper aut ipſe, aut alius in eo ſit, vel in ſacriſtia, ita, vt & videre tẽplum, & cuſtodire poſſit.*

xix *Curabit, nequis in templo deambulet, neue ſtrepi-*

tus

tus in eo audiatur: eos verò, qui loquentur altius, modeſtè (vt decet) admonebit.

XX *Videat, vt templum ſit mundum, & ſingulis diebus Sabbati, & Feſtorum ſolemnium vigilijs, ſcopis mundetur, & ſæpius, ſi neceſſe ſit. Canes etiam ex templo abigat.*

LAVS DEO

REGVLAE PROCVRATORIS GENERALIS.

In omnium negotiorum tractatione perpetuò memor ſit profeſſionis ſuæ, totiuſque Societatis; quæ Dei omnipotentis gloriam quærens, profectui animarum inuigilat. Curet igitur ipſe verbo & exemplo eos omnes ædificare, quibus cum conuerſatur, atque eos ſibi beneuolos conſeruet, quorũ opera ad negotia peragenda indiget.

Cap. primũ de ijs, circa quæ verſatur Procurator Generalis.

I

Ad eũ pertinent negotia omnia ad expeditiones, lites, & quoſuis contractus, ſibi à Generali cõmiſſos, ineundos, ſpectantia; quæ ad vniuerſæ Societatis Collegia, vel domos eius, vel etiã ad particulares perſõas pertinebunt.

II

Superintendere debebit nõ ſolùm ijs, quæ à Procuratore, & Sollicitatore externo curantur; ſed etiam ſocijs, qui illi dabuntur adiutores, quod ad negotia attinet. et, ſi qui Romæ fuerint Procuratores Societatis, rerum particularium, vel etiam Prouinciarum, ab ipſo dirigentur, prout Generali videbitur.

I

Nihil, quod ad expeditiones, lites, aut grauiora negotia pertineat, incipiet agere, niſi à Præpoſito Generali per ſe vel per alium approbatum ſit, & ei commiſſum, vt exequatur. Quòd ſi Generalis rem conſultatione indigere iudicabit, ſollicitet, vt maturè de ea ſtatuatur, præcipuè ſi res feſtinatione egere videatur. ſi quid autem ex ijs, quæ ſtatuuntur, ipſi viderentur non conuenire; proponat ſuam ſententiam, & rationes, quibus mouetur.

II

Curet diligenter, vt rectè ac ſolidè fiant, quæ expedienda vel contrahenda erunt. Quòd ſi periti Iuris, aut curiales conſulendi ſint, maximè idonei eligantur. idem de officialibus, per quos res eſt tranſigenda, intelligatur.

III

Conferat, & reddat rationem eorum, quæ facit, & quo ĩ ſtatu ſint negotia, Præpoſito, aut ei, qui à Præpoſito deſignabitur. Quòd ſi rerum difficultas extraordinarium fauorem, aut diligentiam exigere videatur; eidem ſignificet; & auxilia, quæ opportuna viſa erunt, petet.

IIII

Ipſius erit munus, reſponſum mittere ijs omnibus, qui de

negotijs ſcribunt: ſuas verò litteras legendas dabit illi Aſſiſtenti, ad cuius Prouinciam negotium pertinebit; et præterea, ſi Gēerali viſū fuerit, vt alij oſtēdat, id faciat.

V

Rationum libros conficiat, in quibus ſigillatim omnia, quæ recepit, ſcribantur, & quas pecunias, quibus in rebus expenderit; vt tam clara & diſtincta ratio dati & accepti ſit, vt ipſo etiā abſente ſupputari poſſit, quid ſingulæ Prouinciæ, Domus, Collegiū, aut particulares perſonæ dederint, aut debeant Procuratori; aut quid eis à Procuratore debeatur. Quod vt commodius obſeruetur, ſingulis ſaltem annis ad Natiuitatis dominicæ feſtum, rationum omnium ſummam colliget & ſcribet; & ad eos, quorū intererit, mittet; et ſi quid ſupereſt pecuniæ, eiſdem ſignificabit, vt pro ipſorū arbitrio diſponatur de ea.

VI

Curet, vt à Prouincijs mittantur pecuniæ, quas contribuere debent ad ſumptus neceſſarios in Procuratores, Aduocatos, latores litterarum, & alios ſimiles, faciendos vtque Romæ ſint eo tempore, quo illis ſunt ſoluendæ, eadémque diligentia, quæ ſibi deberi ex libro rationum colliget, reddi curabit.

VII

Quod ad pecuniam attinet procuratori ad negotia confi-

cienda transmittendã, ſi tantùm litteræ banchariæ, quæ de credito dicuntur, mittantur; nihil capiat, niſi quantũ, & quando pro negotio conficiendo opus erit. Si verò banchariæ litteræ ad certam aliquam ſummam, quæ iã alibi ſoluta eſt, capiendam miſſæ fuerint, & ea ipſa iam iam ad negotia expedienda erit neceſſaria; ne tũ quidem à mercatore, præſertim locuplete & ſpectatæ fidei, educatur, donec numeranda ſit. Si nõ tam citò erit neceſſaria vel de fide mercatoris non tam certò conſtaret, primo quoque tempore ab eo accepta pecunia, eam reponet in arca Collegij, vbi huiuſmodi pecuniæ ſeruantur ſub duplici claue, quarũ alterã Rector, alterã Procurator habeat.

VIII

Autenticas ſcripturas, Bullas, et Breuia, quæ in Archiuio conſeruantur, non niſi exigente neceſſitate, accipiet: acceptas verò quàm primum reddat, cæteras autem ſcripturas, procuratoria Inſtrumenta, litteras negotia continentes, quã diu neceſſariæ fuerint: demũ quæcũque ad officium eius pertinent, & quæ nec perpetuò neceſſariæ ſunt, nec ſemper ſeruanda erunt, ipſe cuſtodiat, ordinatè et diſtinctè facto eorũ omniũ Inuentario: cubiculumque ſit claui obſeratum.

IX

Informationes ad ſe miſſas in omnibus expeditionibus

bus habeat præ oculis, vt omnino ad eas, Supplicationes conformentur; deinde vero animaduertat, vt Bullæ, quæ expediuntur, cum ſupplicationibus concordent.

X

In librũ referat ſummã omniũ negotiorum, quæ ei commẽdantur, reſque maioris momẽti, quæ ĩ eorũ progreſſu peragẽtur, ibidem breui ac dilucido ordine cõſcribat.

XI

Exempla litterarum, quas ad varias Prouincias et loca ſcribit de negotijs, in librum excipiat peculiarem: & cum Romæ memorialia, informationes, ſupplicationes, vel alia ſcripta alicuius momenti alijs dabit; exemplum eorum apud ſe ſeruet.

XII

Regulas Cancellariæ habeat; Bullaſque, & Breuia, quæ à Summo Pontifice fiunt, emat; in eiſque animaduertat quid noui contineatur. Quòd ſi in Cœnæ Domini Bulla aliquid adderetur, aut mutaretur, eam ſtatim ad omnes Prouincias tranſmittat. Motus etiam proprios, vniuerſales, conſulto tamen Præpoſito Generali, Prouincialibus mittet.

XIII

Cum intelliget Præpoſitũ Generalem obedientiam præſtare velle creato nouo Pontifici; in memoriam redigat,

an expediat ab eo impetrare confirmationem gratiarum & priuilegiorum Societatis.

XIIII

Subditus ſit Superioribus Collegij, præterquàm in ijs, quæ ad ſui officij executionem ſpectant.

XV

Illud uero præcipuè ante oculus habeat, vt ante quam litem aliquam intendat; res controuerſa ſi fieri poſſit, concordia aut compromiſſione componatur: quòd ſi quando neceſſario ad lites erit deſcendendum, pacem tamen ipſe ſummam interius cuſtodiat: & ſemper ad iuſtam concordiam ipſum eſſe paratum contrariæ parti innoteſcat.

LAVS DEO.

...tas et in vineis ... ſ...xx...
...ſuis reſtitutionis ... ad pro...
...mo ... collā... matrimonio ...
...ire Et Johannis ... quilher... de ...

...lio anno domini ... Conſtitutis ...
...ſunt ... ...
...[illegible] ... ...


...ntrimapie

BIBLIOTECA